IVNII

IVVENALIS

ET

AVLI PERSII FLACCI SATYRÆ:

Cum Annotationibus ad marginem, quæ obscurissima quæque dilucidare possint.

Secunda Editio priore multò emendatior & auctior.

LONDINI,
Excudebat Richardus Field impensis Guilielmi Welby.
1615.

BRITISH MUSEUM

AD ILLVSTRISSIMVM D. D. HENRICVM MAGNÆ BRITANNIÆ PRINCIPEM.

Ἄριστον μὲν ὕδωρ· ὁ δὲ
χρυσὸς, αἰθόμενον πῦρ
ἅτε διαφέρει νυκτὶ, μεγάνορος ἐξοχὰ πλούτου.

Quænam hæc (Lyrici) aqua optima? Philosophia. Quisnam hic ignis rutilus? eadem Philosophia. Ignis, quem Mineruæ adminiculo, hoc est, indagatrice ingenij alâ subuectus Prometheus è cœlo detulit, eoq; rudes hominum animos à terrena ignorantiæ fæce excoxit. Aqua, quæ è Musarum fonte hausta fœdas vitiorum maculas lustrat, eluit, expurgat. E qua purissima scaturigine cum triplex profluat riuulus, Dialectic's illis Mæandris, ignotisque Physici Nili fontibus, Ethicum Alphæum optimo prætulerint iure quibus sanior mens. qui vt mare Siculum subterlabi dicitur ad suam Arethusam sine admixtione aquarum: ita verè aureus hic fluuius per affectuum Oceanum intaminatus ad proprium felicitatis fontem remeat. Huius antistites cum vbique summa animi propensione colantur, tum adprimè poetæ, qui non (Græcarum hoc crepidarum pace dixerim) vt tetrica illa Medis illita porticus, seuera ingerunt monita, sed cum illecebra quadam in adolescentum animos irrepunt, quodque penitissimi

simi faciunt medici, qui vitioso stomacho amara catapotia melle miscent: ita & hi iuuenum animis propter ætatis defectum voluptatisque affectum austera hæc sed salubria respuentibus pharmaca, lac caprarum quas tamen lentisco pascant, propinant; iuxta seueriorem mandragoram lætas vites serunt, & quod ait Venusinus vates:

Dum prodesse volunt & delectare poetæ,
Et iucunda simul dicunt & idonea vitæ.

Atque vniuerso poetarum choro cùm laurus sua hederæq; ex merito deferantur, tum ijs maximè qui virtutis veræ rigidi satellites censoria supercilia aduersus vitia distringentes Satyrico aceto noxios perfundunt, qui Philosophiam δογματικὴν & παραινετικὴν παραδειγματικῇ illustrant. h. e. ieiunis Decretis austerisque Præceptis aculeos & vitam exemplorum addunt. Ex his (illustrissime Princeps) quùm Flaccus suam vel lancem vel canistellum primitijs saturum Celsitudini tuæ obtulerit: Et isti duo, vt integrum habeas Satyricum chorum & (vt ita dicam) triumuiratum, præfidentius asperis obscuritatis syluis egressi T. Cels. patrocinio tectos, æquis ac iniquis se commendatos expetunt. In quorum condignas laudes, post tot antiquorum & recentium (qui Aristotelis Ethicis præferre, ipsis Senecæ & Epicteti moralibus vnius Iuuenalis satyras adæquare non dubitarunt) encomia discurrere, esset frigidè laudare, quo satius fuisset (teste Phauorino Gelliano) acerbius vituperasse. multo minus deceret me homullũ è triuio, quid ad ἠθικὴν, quid ad πολιτικὴν conferant præcipere. melius hoc illi facient qui tibi ad manum, immo ad mentem Phœnices. tu vero qua es progenie, quo genio, quo ingenio, tibi optimè. Hanc itaque Philosophici ignis particulam, hanc Pierij laticis cotylam (quandoquidem per se haud

haud satis articulatè vocales sint isti Satyri, neque, vt sint, è dignitate tamen & libertate eorum esset gratiam ambire) rudis ego Hermes, nec tam ipsorum mentis interpres quam infantiæ meæ prodidor, tibi (Princeps illustrissime) consecro. abunde meæ, in his, qualicunque operæ gratulaturus, si quid inesse sensero quod læta aspicias fronte, quodque dum vndique literarum copiam colligis quam inuicem per totum terrarum orbem dispergas, studijs tuis dignum sit. quæ vt feliciter succedant in tuam, publicam, diuinam gloriam, Deum opt. max. serio precor, cui Principum rerumque publicarum salus semper curæ.

Celsit. Tuæ
officiosè addictissimus

THO. FARNABY.

AD LECTORES.

QVæ pudibunda & subtimida prius in publicum processit *a* nympha; candoris vestri (Lectores humanissimi) sole irradiata, fauentiæ vestræ Epithalamio animata, posito iam flammeo, meliore cum sui fiducia, in vulgus secundâ hac vice prodit. Per vos, dexteras, admissiuas, ab Oriente bonas aues, præpetes, oscines, quæ consuadetis & confieri iubetis, *Impetritũ est, inauguratum est.* Neque institutũ hoc iteratæ editionis ruperunt malæ aues, *bubo*, b *rudens, grus*, quæ recinunt noctiuolæ, & in claro meridie lucem desiderant. Ijs quippe ceu innato stupore grauatis, ceu malitiâ gratuitâ præpeditis non placent Luciferi hi, ocliferia hæc, &, quæ tempori parcunt, ingenium acuunt, refricant memoriam, iudicium exercent, faciuntque vt sibi quodammodo inuenta gratuletur lector, hypomnemata: sed requirunt, si dijs placet, illa ad tædium vsque & nauseã toties repetita, *Ordo est, Sexus est.* Atque hinc luxuriantis aliquis & supini ocij magistellus (cui pro cerebro Iouis est *c* verbalis ista, quæ conceptis quasi syllabis & literis præit, *c* cõstructio) ecphraseis probat & longos commentarios in Persium maximè, quasi vero Sibyllæ sint oracula vel *d* Heracliti mystica Satyræ ipsius. Cùm reuera (vdque magni illius *e* Scaligeri iudicio magno) *ostentator tantùm est febricuIosæ eruditionis, cuius stilus morosus, vt & ipse ineptus*, &c. Et quem si diligens Horatij lector furtiuis nudârit plumis (cui rei præluxit doctiss. Casauboni opera in imitationibus Horatianis ad Persium) apparebunt reliqua *inanis* (vt loquitur *f* illa) *oppleta atque araneis*. Cuius denique omnibus Satyris vel vnica præferatur pagella Iuuenalis, *g* acuti, candidi, ac Satyrorum facilè principis. qui versu melior, phrasi mollior, sententijs acrior *h* ardet, instat, iugulat, dum Persius tumidè insultat, Horatius albis tantùm dentibus ridet. Atque vtinam moderatiùs in vitia inuectus abstinuisset à nudis vocibus! de quibus velandis ceu prorsus præteruehendis (ne vel mihi

a *Editio prior*, *quæ noua nupta* *q.* νέον φαίνεται, *Eustath. ad Hom Odyss. a*, *quæ prius* ἔντοσθι δόμων παρὲξ μητέρι μίμνε, Οὔπω ἔργ' εἰδυῖα πολυχρύσε Ἀφροδίτης. *Hesiod. ἔργ. β.*

b *Non nautica illa ex versu Grammaticali in* Propria quæ maribus *nota*, *atque doctissimè versa* a table rope: *verùm Onocrotalus, alius de qua Plinius l. 10. c. 47. & Gellius ad Æliani hist. Animal 16. l. 4. c. cui nomen ab asini ruditu, neque enim cedit Luciani Lucio siue* ὄνῳ μὲγ' ὀγκησαμένῳ καὶ μυσήεντα μυισόωντι.

c

d *Diogen. Laert. in Heracl. vita.*

e *In Hypercritico seu lib. 6. Poetices. cap. 6.*

f *Staphyla apud Plaut. in Aulularia.*

g *Iul. Cæs. Scal. Poetices l. 6. c. 6.*

h *Idem lib. 3. Poet. cap. 97.*

necesse

necesse sit *i* pallio operire caput, quod in parùm pudica oratione feciſſe Socrates fertur; vel vobis opus sit *k* foliis, quibus aures muniatis aduersus verba minùs casta) quoniam mihi manet mens eadem, consilium idem: manebunt certè rationes atque verba eadem. Quorsum enim illa interpreteris quæ neminem scire conuenit? atque vti in Physicis suberit occulta natura, quæ homini ignota, sapienti haudquaquam inuestiganda erit; vt *m* in Politicis & Polemicis tam nescire quædam ciues ac milites quàm scire decet; ita *n* inter virtutes Grammatici habebitur quædam nescire. Censuram verò meam hãc de ipsis poetis, curam hanc ad ipsos secundam, censuræ vestræ & curæ commendo. Vobis, bonis ac multis scripsi hæc ad fructum, non paucis illis ac malis ad calumniam; vobis cordatis, qui vel ab hoc indice Mercuriali commonstrati & commonefacti, ritus, mores, historias recordamini, non oculatis istis, qui nihil, nisi quod ante oculos est, vident, intelligunt, sapiunt; *animis denique* (vt *o* Senecæ vtar verbis) *ista scripsi, non auribus, &* (quod idem sed alia in re) *mores non verba composui.* Obstupescant alij *p* Annicerin illum, qui cursus plurimos in orbem sic confecit, vt, cum per eandem orbitam sæpius agitauerit, in impresso vestigio semper insliterit: vos cum Platone iudicabitis non posse eum, qui in re tam tenui adhibet curam, de rebus magnis solicitum esse. Censebitis vos cum lepidissimo illo Arbitro *nihil esse homini magnificum, quod pueris placet*: vos denique misereseet *r* eorum, *ſ* qui dum dicunt quæ adolescentuli probent, soli in scholis relinquuntur, *t* Vlyssis inquirentes mala, sua non animaduertentes. Vobis (animæ candidæ, doctæ, amicæ) *u* hæc qualiacunque

Arridere velim: dolituru si placeant spe
Deterius nostra. Demetri, teq; Tigelli
Discipulorum inter iubeo plorare cathedras.

Valete.

T. F.

i *Referente Antonio Juliano apud A. Gell. l. 19. c. 9.*
k *Plutarch. de Auditione.*
l *I. Cæs. Scal. 344 Exerc. 4 sect.*
m *Otho apud Tacitum, Hist. 1.*
n *Fab. Quintil. lib. 1. cap. 14.*
o *Epist. 100.*
p *Ælian. var. hist. lib. 2. c. 27.*
q *Petron. Arb. Sat.*
r *Meiq; adeo, cur enim me excludam, quem in eandem molam trusatilem detrusit Deus?*
ſ *Ciceronis citat idem Petronius.*
t *Bion, vel vt alij, Diogenes, de Grammaticis.*
u *Horat. Serm. 10. l. 1.*

Iunij Iuuenalis vita.

IVnius Iuuenalis liberti locupletis incertum filius an alumnus, oriundus ex Aquino Volscorum oppido, ad mediam fere ætatem declamauit, mox Poetices studio se ad Satyras scribendas contulit, quas non sine summo frequentis auditorij applausu recitauit. Inter alia verò indigna & præpostera vibis, quæ exagitauit, scelera, quum & Paridis histrionis gratiam nimiam & potentiam apud Domitianum carperet Satyrâ septimâ illis versibus: *Ille & militiæ multis largitur honorem, &c.* à Domitiano, instigante Paride per honorem militiæ vrbe summotus est, & ad præfecturã cohortis (in iocularem eius quod Paridi exprobrarat vltionem) missus ad Pentapolin in extremis AEgypti & Lybiæ finibus. Vbi licèt alij tradant ipsum iam octogenarium angore & tædio vitam cum morte commutasse: vero tamen similius est, imo constat, eum post mortem Domitiani Romam reuersum quasdam ex his Satyris scripsisse. Vide Lips. Epistolic. Quæst. 4. lib. 2ó. epist.

TEmporibus lux magna fuit Iuuenalis auitis,
Moribus, ingenijs, diuitijs, vitijs.
Tu lux es luci, Farnabi: operisq́, fugasti,
Temporis & tenebras, ingenij radijs.
Lux tua parua quidem mole est, sed magna vigore,
Sensibus & docti pondere iudicij.
Macte: tuo scriptores, lectoresq́, labore
Per te alij vigeant, per te alij videant.

Ben. Ionsonius.

IVNII IVVENALIS AQVINATIS

*SATYRA I.

Deliberanti Poetæ iamque in animo habenti eius temporis Poetis tragœdias recitantibus vicem referre, & pantheram (quod aiunt) leone remunerare, occurrunt vrbis Romanæ scelera, quæ ipsum ab institutâ Tragœdiâ ad Satyram abducant.

Semper ego auditor tantùm? nunquámne [1] reponam,
Vexatus toties [2] rauci [3] Theseide Codri?
[4] Impunè ergo mihi recitauerit ille [5] togatas,
Hic [6] elegos? impunè diem consumpserit [7] ingens
Telephus? aut summi plena iam margine libri
Scriptus & [8] in tergo nec dum finitus [9] Orestes?
[*] Nota magis nulli domus est sua, quam mihi [10] lucus
Martis, & [11] Æolys vicinum rupibus [12] antrum
Vulcani. Quid agant venti, quas [13] torqueat vmbras
[14] Æacus, [15] vnde alius furtiuæ deuehat aurum
Pelliculæ, quantas iaculetur [16] Monychus ornos:

[*] Poema varium, nonnullis dicti à Satyris, quorum cachinnos & derisiones hoc carminis genus imitatur. I. C. Scaligero 1, Poetices, 2. c. A caniftellis omni pomorum genere plenis quibus prodeuntes Satyri Nymphas alliciebant. Is. Casaub. 2, lib. de Satyra, à satura lance, quam antiqui dijs agri annua soluentes vota primitijs omnis fructuũ generis refertam offerebant.

1 Scribam, recitabo, *vel* vicem ijs referam, eos eâdem scribendi recitandique molestiâ obtundens, qua illi me?

2 Recitando rauci, *vel* clamosi.

3 Recitatione illius poematis de Thesei gestis, à Cedro vili Poetâ scriptis. 4 Nec par pari referam? 5 Comœdias Latinas à togâ Romanorum habitu dictas, vt & Græcæ palliatæ dicebantur à Græcorum pallijs. 6 Lugubres vel amatorios. 7 Longa trag. de Telepho rege Mysiæ, cui *vnius & auxilium Pelias hasta tulit.* 8 In aucta charta ab exteriore parte, al. à tergo. 9 Trag. de Oreste, *scenis agitato.* [*] Fabulæ & historiæ mihi æquè notæ sunt, ac alteri cuipiam poëtarum, si velim, quod illi faciunt, principibus adulari, aut famæ meæ recitando velificari. taxariqúe hic videtur Val. Flaccus. vide Ian. Parrhasij 2. epist. 10 Historia Romuli & Remi quos peperit Rhea in luco Martis, *vel* luc. Mar. in Ponto pro quocunque loco, ad derisionem Poetarum qui à loci descriptione colorem artis petunt. *alij ferunt* locum fuisse Romæ in Appia, in quo recitabant Poetæ. vide Bapt. Egnatij racemationum, cap. 6. 11 Septem insulis Liparæis in mari Tyrrheno. 12 AEtna. 13 Examinet, *vel* iudicet torquendas animas. 14 Iouis filius ex AEgina *al.* ex Europa, vnus è triumuiris apud inferos iudicibus. 15 Vt è Colchis Iason furtim Medeæ dolo aurum vellus sustulerit. 16 Centaurus: & ponitur pro fab. & pugna Centaurorum cum Lapithis.

17 From-

17 Frontonis platani, 19 conuulsaq; marmora 20 clamant
Semper, & assiduo ruptæ lectore columnæ.
Expectes eadem à summo minimoq; Poeta.
Et 21 nos ergo manum ferulæ subduximus, & nos 15
22 Consilium dedimus Syllæ, priuatus vt altum
Dormiret. stulta est clementia, cum tot vbique
Vatibus occurras, 23 perituræ parcere chartæ.
Cur tamen hoc libeat potius decurrere 24 campo,
Per quem magnus equos 25 Auruncæ* flexit alumnus: 20
Si vacat, & placidi rationem admittitis, edam.
Cum tener vxorē ducat 26 spado, 27 Mæuia 28 Tuscū
29 Figat aprum, & nuda teneat venabula mamma:
Patricios omnes opibus cum 30 prouocet vnus,
31 Quo tondente grauis iuueni mibi barba 32 sonabat: 25
Cum 33 pars 34 Niliacæ plebis, cum verna 35 Canopi
36 Crispinus 37 Tyrias humero 38 reuocante lacernas
39 Ventilet 40 æstiuum digitis sudantibus aurum,
Nec sufferre queat maioris pondera 41 gemmæ:
Difficile est satyram non scribere. nam quis iniquæ 30
Tam patiens vrbis, tam ferreus, vt 42 teneat se?
Causidici 43 noua cum veniat lectica 44 Matbonis
45 Plena ipso, & post hunc 46 magni delator amici,
Et citò rapturus de nobilitate 47 comesa

17 Iulij Frontonis nobilis & docti viri, in cuius ædibus recitabant Poetæ.
18 Porticus quam adumbrant platani.
19 Frequentiâ auditorum, vel recitatoris clamore ruptæ colūnæ marmoreæ. Sic Sat.7.v.85. cum fregit subsellia versu Statius.
20 Resonant, vel assiduâ recitatione iā edoctæ clamant, quid agant venti, quas tot, &c. & est Pathos.
21 Ego itaque Grāmaticorum ferulis & Rhetorum declamationibus valedixi.
22 Ficto themate declamatorio suasi Syllæ vt depositâ dictaturâ priu. al. dormiret.
23 Cui si ego pepercero, aliâ tamen manu peribit. vel perituræ cum aliorum Poetarum chartis. vel etiamsi nihil ei inscribatur, perituræ.

24 Hoc stadio & studio, hoc poematis genere. i. Satyra. 25 Lucilius ex Auruncа Rutulorum ciuitate natus, Latinæ Satyræ primus autor, vnde & Turnus Satyrographus. cuius meminere Martialis l.7.ep.96. & lib.11.ep.11. Sidonius carm.9. & Probus Grammaticus. * Stylum direxit. 26 Spado dicitur, cui testes emulsi sunt aut nerui, è quibus testes dependent. Castratus, cui colis & testes. vide Sat.6. 366. vers. 27 Mulier impudica. 28 Ferociorem, vtpote è Thuscia. 29 In Theatro. 30 Adæquet. diuitijs cum ipsis certet. 31 Cinnamus, de quo Martial. lib.7. alij Licinium Augusti libertum & tonsorem intelligunt. 32 Sub fortice sonanti cadebat. 33 Setuus è plebe. 34 AEgyptiæ, à Nilo AEgypti fluuio. 35 Ciuitatis in AEgypto, duodecim miliaribus ab Alexandria distantis, fano Serapidis celebris, Strab.17.l. omnium libidinum atque impuritatum domicilij. 36 E seruo factus magister equitum Neronis. 37 Purpureas, à Tyro Sat.10. vers.38. 38 Reu. lac. quæ vel mollitie vel pondere defluxere: vel quæ reiectæ sunt in humeros. 39 Ad refrigerium, vel iactando ostentet. 40 Annulum tenuis bracteæ & lenem. 41 Inclusæ in annulo hyberno. 42 Temperet sibi ne scribat. 43 Noui hominis. vel nuper ex quadruplatorio lucro coempta. vel simpliciter *noua*, namque & hinc splendor. sic Martialis ep.57.l.2. *Sella recens.*
44 Ex aduocato delatoris facti. 45 Vt qui crassus fuerit, vel, delicatus & superbus.
46 M. Regulum hîc intelligi volunt, cum suis & imperatoris amicis, tum ipsis quadruplatoribus formidabilem. verisimilius a. est dici Heliodorum Stoic. phil. quo deferente occisi sunt.—
47 Per delationes interempta.

Quod

Quod ſupereſt, quem[42] *Maſſa timet, quem munere palpat*
Carus,[48] *& à trepido*[49] *Thymele*[50] *ſummiſſa Latino:*
Cum te[51] *ſummoueant, qui teſtamenta merentur*
Noctibus,[52] *in cœlum quos euehit optima ſummi*
Nunc via proceſſus, vetulæ[53] *veſica*[54] *beatæ:*
Vnciolâ[56] *Proculeius habet, ſed*[57] *Gillo*[58] *deunce:*
Parteis quiſque ſuas,[59] *ad menſuram inguinis heres:*
Accipiat ſanè mercedem[60] *ſanguinis, & ſic*
Palleat, vt nudis preſſit qui calcibus anguem,
Aut[61] *Lugdunenſem rhetor dicturus ad aram.*
Quid referam, quanta ſiccum iecur ardeat ira:
Cum populum gregibus comitũ premat hic ſpoliator
Pupilli[62] *proſtantis? at*[63] *hic damnatus*[64] *inani*
Iudicio (quid enim ſaluis infamia nummis?)
Exul[65] *ab octaua Marius bibit, &*[65] *fruitur dijs*
Iratis: at tu victrix prouincia[67] *ploras.*
Hæc ego non credam[68] *Venuſina digna*[69] *lucerna?*
Hæc[70] *ego non agitem? Sed quid magis*[71] *Heracleas,*
Aut[72] *Diomedeas, aut*[73] *mugitum Labyrinthi,*
Aut mare percuſſum[74] *puero*[75] *fabrumq; volantem?*
Cum[76] *leno accipiat mœchi bona,*[77] *ſi capiendi*
Ius nullum vxori, doctus[78] *ſpectare lacunar,*

48 Maſſa morio & Carus mimus Neronis liberti, delatores nequiſſimi.

49 Mima, vxor Latini mimi, cui inditum videtur nomen à Θυμέλη, quod eſt, pulpitum ceu ara theatri quòd hæc vel prima vel optima fuerit ſaltatrix. Sed hegat Ang. Politianus 7. l. epiſt. Thymelen fuiſſe vxorem Latini.

50 Vt vel vſu corporis vel blanditijs propitium Latino redderet Heliodorum ceu Regulum, *vel generaliter* vxor à marito miſſa deprecatrix ad delatorem, cuiuſmodi aliquid in Mimo repræſentauit Latinus cum Thymele.

51 Hereditate.

52 Nocturni concubitus operâ.

53 Ad opes & dignitatem.

54 Pars ea qua mulier eſt.

55 Diuitis.

56 Duodecimam hereditatis partem, cum hereditas vt libra diuideretur in 12 partes ceu vncias. 57 Adulter. 58 Vndecim partes. 59 Ad penis vtriuſque proportionem. 60 Coitu exhauſti. 61 Inſtituit Caligula certamina facundiæ Lugduni in Gallia, in quibus oratores victos ſpongiâ linguâve ſcripta ſua delere oportebat, niſi ferulis obiurgari aut flumine mergi maluiſſent: hoc metuentes oratores dicturi ad aram quæ Lugduni inſignis erat, pallebant. Sueton. Calig. 20. c.

62 Spoliati & eò redacti vt proſtet, victum corpore meriturus. 63 Marius Priſcus ab Afris quos proconſul ſpoliarat accuſatus eſt: cui 700 nummûm in ærarium inferre damnato, Italiâ interdictum. Plin. epiſt. 11. l. 1. 64 Pecunias prouinciæ non reſtituente.

65 Qui Romæ ante nonam non decubuit. 66 Voluptatem capit ex ira deûm, retinens magnam ſpoliationis partem, & ſibi in exilio lautius quàm antea indulgens. 67 Non reſtitutâ tibi pecuniâ. Cornutus enim Tertullus Conſul deſignatus, cenſuit ſeptingenta millia, quæ acceperat Marius, ærario inferenda. Plin lib. 2. epiſt. 11. 68 Horatij Venuſini. 69 Satyrâ elucubratâ. 70 Annon hæc potiùs inſectet quàm fabuler?

71 De Herculis ærumnis fabulas. 72 Fab. de Diomede ab vxore non recepto & ſocijs in aues verſis. 73 Fab. de Theſeo & Minotauro in labyrintho mugiente.

74 Icaro cadenti. 75 Dædalum. 76 Maritus leno, Gallice, *vn Ruffien.*

77 Cautum decreto Domitiani ne vxor capiendi legata ius haberet. 78 In obſequium adulteri ſurſum ſpectare & velut ebrium ſimulare profundum ſomnum ronchiſono naſo.

Doctus

Doctus & ad calicem vigilanti ſtertere naſo.
Cum fas eſſe putat curam ſperare cohortis,
79 Qui bona donauit præſepibus, & caret omni
Maiorum cenſu, dum peruolat axe citato
80 Flaminiam: *81 puer Automedon nam lora tenebat,* 60
82 Ipſe lacernatæ cum ſe iactaret *83 amicæ.*
Nonne libet medio *84 ceras implere capaces*
85 Quadriuio: cum iam *86 ſexta ceruice feratur*
Hinc atque inde patens, ac nuda penè cathedra, 65
Et multum referens de Mecœnate *87 ſupino*
88 Signator, falſ qui ſe lautum atque beatum
** Exiguis tabulis & 89 gemma fecerat vda?*
Occurrit matrona potens, quæ molle Calenum
Porrectura viro miſcet ſitiente *90 rubetam,* 70
Inſtituitq́, rudes *91 melior Locuſta propinquas*
92 Per famam & populum *93 nigros efferre maritos.*
Aude aliquid *94* breuibus Gyaris & carcere dignũ
Si vis eſſe *95* aliquis. Probitas laudatur & alget.
Criminibus *96 debent hortos,* *97 prætoria,* *98 menſas,* 75
Argentum vetus, & *99 ſtantem extra pocula caprũ.*
Quem patitur *1 dormire nurus* *2 corruptor auaræ,*
Quem *3 ſponſæ turpes, &* *4 prætextatus adulter?*
Si natura negat, facit indignatio verſum,
Qualemcunque poteſt: *quales ego, vel* *5 Cluuie-* 80
nus.

79 Tigellinus qui per vitia præfecturam prætorij ſub Nerone adeptus eſt, vel Corn. Fuſcus qui patrimonium equis alendis dilapidarat, & puer auriga officium Neroni præſtiterat, poſtea à Domitiano cohortibus prætorianis præfectus.

80 Viam à Ca. Flaminio ſtratam.

81 Fuſcus auriga Neronis, vt Automedon Achillis.

82 Cùm ipſe Nero blanda geſticulatione ſe ingereret & commendaret lacernatæ amicæ.

83 Sporo quem exectis teſtibus cum dote & flammeo, ſolenni nuptiarum officio ad ſe deductum Nero pro vxore habuit.

84 Tabellas ceratas.

85 In compitis palam, nemine contradicente.

86 Hexaphoro, lectica quam ſex viri portabant.

87 Molli & delicato. 88 Domitius Regulus teſtamentorum corruptor, Plin. epiſt. 20. l. 2. vel Ophonius Tigellinus, qui trium patruorum veneno ſublatorum ſubtractis tabulis & falſo ſignatis, hereditates inuaſit. * Compendioſâ & breui operâ falſas teſtamentorum tabulas condendi. *vel*, Exiguis, id eſt, paucis verbis teſtamentorum tabulis ſcriptis, quam falſarius ſe heredem ex aſſe inſcripſerit. 89 Annulo ſignatorio, qui gemmam eſt ypam, id eſt, effigiatam habet incluſam ſaliuâ tacto. 90 Venenum rubetæ. 91 Peritior venefica quam illa Locuſta, cuius ex Gallijs vocatæ Nero vſus operâ Britannicum ſuſtulit. 92 Populo ſciente, vidente, adeoque permittente. 93 Quod indicium eſt veneno ſublatos fuiſſe. 94 Dig. exilio in breues, id eſt, anguſtas inſulas Cycladas, è quibus Gyarus maximè ſterilis eſt & grauiſſimi exilij locus, ſic Sat. 10. *vt Gyari clauſus ſcopulis, paruáque Seryphos.* 95 In aliquo pretio. 96 Accepta referunt. namque hæc omnia per ſtrages, ſcelera atque crimina nacti ſunt. 97 Ædificia prætoribus digna, ceu villas lautiorum ciuium magnificè extructas in ſuburbanis ſuis. 98 Citreas, marmoreas, aburneas. 99 Signum capri ceu phryxi in cælatura prominens & éxuberans. 1 A Satyra ſcribenda quieſcere. 2 Ipſe ſocer. 3 Pueri qui viris nubunt, & fœminæ. 4 Nobilis puer ſtuprum committens vel patiens. 5 Ineptus poeta.

[6] Ex quo Deucalion [7] nimbis tollentibus æquor
Nauigio [8] montem ascendit, [9] sorteisq́, poposcit,
Paullatimq́, anima caluerunt mollia saxa,
Et maribus nudas ostendit Pyrrha puellas:
Quidquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas,
Gaudia, discursus, nostri est farrago libelli.
Et quando vberior vitiorum copia? quando
Maior auaritiæ patuit [10] sinus? alea quando (itur
Hos [11] animos? neque enim [12] loculis comitantibus
Ad [13] casum tabulæ, positâ sed luditur [14] arcâ.
[15] Prælia quanta illic dispensatore videbis
[16] Armigero? simplexne furor [17] sestertia centum
Perdere, & horrenti tunicam non [18] reddere seruo?
Quis totidem erexit villas? [19] Quis fercula septem
[19] Secretò cœnauit [20] auus? nunc [21] sportula primo
Limine parua sedet, [22] turbæ rapienda [22] togatæ.
[23] Ille tamen faciem prius inspicit, & trepidat, ne
Suppositus venias, ac falso nomine poscas.
Agnitus accipies. iubet à præcone vocari
[24] Ipsos Troiugenas. nam vexant limen & ipsi
Nobiscum. [25] da Prætori, [26] da deinde Tribuno.
Sed libertinus [27] prior est; prior, inquit, ego adsum.
Cur timeam, dubitémve locum defendere? quamuis
Natus ad [28] Euphratem, molles quod in aure [29] fenestræ
Arguerint licet ipse negem? sed [30] quinque tabernæ
[31] Quadringenta parant. quid confert [32] purpura
[33] maius

6 Omnes inquit affectus, omnia vitia à diluuio adusque nostra tempora materia est huius mei libelli Satyrici.
7 Imbribus mare augentibus.
8 Parnassum,
9 Themidos oraculum.
10 Receptaculum. *Metaph.* à velis sumpta.
11 Ellipsis τῶν magis vexant, vel inuasit animos?
12 Non parte vel modicâ pecuniâ.
13 Ad fortunam aleæ in tabulam coniectæ.
14 Vniuersa re familiari, cuius naufragium faciunt πρὸς ὀβολοῦ ἁρπαγὴν τὸν πίνακα, vt facetè Lucianus in τοῖς περὶ κρόνον. non ad Maleam sed Aleam σωφρονίζοντες ἀνθρώπους ἅπαντας
15 Rixas.
16 Seruo, qui domino ludenti nummos, aleas & cætera belli illius arma subministrat, vnde *armigero*, *Metaph à bellantibus sumpta.*
17 750. lib. monetæ nostræ.
18 Donare *aliquid* restituere. 19 In sua domo priuatim, solus. Principes enim illi in propatulo & atrijs cœnabant frugali & plebeio contenti cibo Val. Max. 2. 5. Cœnationes habuerunt suas noui isti gumiæ in quibus ciuium oculos fugerent 20 Quis è maioribus. 21 Iam vero clientes non ad cœnam rectam ἐπὶ τὰ δεῖπνον admittuntur, sed ijs in domus introitu apponitur Sportula cibum vel C quadrantes continens. Nerone rectam cœnam ad sportulam reuocante. 22 Clientibus & pauperibus quorum toga est. 23 Qui sportulam distribuit. 24 Nobiles sordidè sportulam petentes, quæ pauperibus parabatur. 25 *Inquit Prætor.* 26 *Inquit Tribunus.* 27 Loco *vel* opibus, *& hæc falsè poeta sub persona libertini.* 28 Fl. Mesopotamiæ qui oritur ex Niphate monte Armeniæ. 29 Fissuræ vel foramina in lobis, more patrio. In Oriente quidem, etiam viris, auream gestare auribus depensum decus existimatur. Plin. l. 11. c. 37. 30 Quas in foro habeo. 31 Quad. H. S. censum equestrē, 31250. 32 Equestris nobilitas purpurâ & annulo designata. 33 Maius & optandum.

Op-

Optandum, ſi Laurenti cuſtodit in agro
Conductas [34] *Coruinus oues? ego poſſideo plus*
[35] *Pallante, &* [36] *Licinis. expectent ergo Tribuni:*
Vincant diuitiæ: [37] *ſacro nec cedat honori,*
Nuper in hanc vrbem pedibus qui venerat [38] *albis.*
Quandoquidem inter nos ſanctiſſima diuitiarum
Maieſtas, etſi [39] *funeſta pecunia templo*
Nondum habitas, nullas nummorum ereximus aras
Vt colitur Pax, atque Fides, Victoria, Virtus,
Quæque ſalutato [40] *crepitat Concordia nido.*
Sed cùm [41] *ſummus honor finito computet anno*
Sportula quid referat, quantum rationibus addat:
Quid facient [42] *comites, quibus hinc toga, calceus hinc eſt,*
Et panis, fumuſq́, domi? [43] *denſiſſima centum*
Quadrantes lectica petit, ſequiturq́, maritum
Languida, vel prægnans, & circumducitur vxor.
Hic petit abſenti, nota iam callidus arte,
[44] *Oſtendens vacuam, & clauſam pro coniuge ſellam,*
[45] *Galla mea eſt, inquit,* [46] *citius dimitte, moraris?*
[47] *Profer Galla caput.* [48] *noli vexare, quieſcit.*
Ipſe dies pulchro diſtinguitur ordine rerum.
[49] *Sportula,* [50] *deinde forum iuriſq́, peritus Apollo,*
Atque triumphales, inter quas auſus habere

34 Nobiliſſima ortus familia, pauper tamen.

35 Claudij liberto, ditiſſimo nec non quæſtorijs & prætorijs ornamentis inſignito.

36 Licinio Stolone, Craſſo P. Licinio cognomine, diuite, & Licinio Cæſaris liberto & tonſore.

37 Prætorio aut tribunitio.

38 Serui è tranſmarinis aduecti venales proſtituebantur cretatis gypſatiſque pedibus, ſignatis ſigillo domini ſi priuata eſſent, Reipub. ſi publica mancipia. Plin. l. 35. c. 17.

39 Etſi nondum exitioſam Pecuniam pro dea colimus templis & aris, vt Pacem, Fidem, &c.

40 Et concordiam cuius templi faſtigio poſitos nidos ciconiæ roſtro crepitãtes reuiſunt. Politianus c. 67. Miſcel. ductus Heliani teſtimonio de mutuo cornicum amore & cornicem exiſtimat fuiſſe concordiæ ſymbolum, non ciconiam. Ego verò omnino intelligi ciconiam credo, immò reſpexiſſe Iunenalem ad Ouidij verſum V. Metam. *Ipſa ſibi plaudat crepitante ciconia nido.* Porro ciconiæ in auſpicijs concordiam polliceri ſcribit Ian. Duſ. ad Arbitr. l. 1. Flanius Coniectan. c. 12. *Ædem Concordiæ* ſimpliciter intelligi vult, in qua Senatus aliquando haberi ſolitus, teſtibus Varrone & Lampridio, & quò cum ſtrepitu confluxere Patres.

41 Si (inquit Porta) ſummi magiſtratus, prætores, &c. computent quantum annui redditus ſportula referat, quid facient pauperes quibus ſportula ſola victum & neceſſaria ſuppeditat?

42 Clientes & aſſeclæ.

43 Plurimi ſenatores lecticis vecti petunt ſportulam, circumducunt etiam ægrotas & grauidas vxores, quarum nomine ſportulam petant, interdum & abſentes illas ſimulant adeſſe in clauſis lecticis.

44 Diſtributori.

45 Vxor mea.

46 Nec valet, dato & dimitte.

47 *Inquit diſtributor.*

48 *Reſpondes maritus impoſtor*, noli vex. quieſcit, dormit.

49 Primâ & ſecundâ horâ clientes ſalutant patronos & ſportulam petunt. vide Martial. ep. 8. l. 4.

50 Deinde deducunt eos ad forum Auguſti, in quo iura reddebantur iuxta Apollinis eburneam ſtatuam, vbi viſuntur triumphales ſtatuæ.

51 *Neſcio*

Nescio quis [51] *titulos Ægyptius, atq;* [53] *Arabarches:*
Cuius ad effigiem [54] *non tantum meiere fas est.*
Vestibulis abeunt veteres, [55] *lassiq; clientes,*
Votaq; deponunt, quanquam longissima cœnæ
Spes homini. caules [56] *miseris, atque ignis emendus.*
Optima syluarum interea, pelagiq; vorabit
[58] *Rex horum, vacuisq; toris tantùm ipse iacebit.*
Nam de tot pulchris & latis [59] *orbibus, & tam*
Antiquis, [60] *vna* [61] *comedunt patrimonia mensa.*
Nullus iam parasitus erit. sed quis feret istas
[62] *Luxuriæ sordes?* [63] *quanta est gula, quæ sibi* [64] *totos*
Ponit apros, animal [65] *propter conuiuia natum?*
[66] *Pœna tamen præsens, cum tu* [67] *deponis amictus*
Turgidus, & crudum pauonem in balnea portas.
[68] *Hinc subitæ mortes, atque intestata senectus.*
[69] *It noua nec tristis per cunctas fabula cœnas:*
Ducitur [70] *iratis plaudendum funus amicis.*
[71] *Nil erit vlterius quod* [72] *nostris moribus addat*
[73] *Posteritas: eadem cupient, facientq;* [73] *minores.*
Omne in [74] præcipiti vitium stetit. [75] *vtere velis:*
Totos pande [76] *sinus. Dicas hic forsitan, vnde*
Ingenium par materiæ? vnde illa [77] *priorum*
Scribendi quodcunque [78] *animo flagrante liberet*
[79] *Simplicitas,* [80] *cuius non audeo dicere nomen.*

51 Crispinus, vti volunt interpretes. Cum verò neque constat de regimine nec statua Crispini, magis propendeo in sententiam Alciati, vt sit Tib. Alexander qui regebat Ægyptum ipse eiusdem nationis, teste Tacito 1 hist. cui astipulatus Euseb. l. 2. Hieronymus tamen Iosephum à Iudæis creatum ducem intelligi vult, cui postea propter ingenium, virtutem, & vaticinium de Imperio Vespasianus statuam dedit triumphalem.

52 Imaginem.

53 Arabiæ præfectus mollis & delibutus. vel, seruorum ex Arabia summus. Turnèb. legit Alabarches, quem vide 21. lib. 25. c. & Brodæus 4. l. Misc. c. 2. ex Iustiniani edictis, & Iosepho leg. ἀλαβάρχων. male, credo. vt fit scripturæ magister, ab ἄλαβα quod Hesychio teste est atramentum.

54 Sed & alnũ exonerare. 55 Post longã cœnæ exspectationẽ. 56 Spe cœnæ rectæ frustratis. 57 Optimas feras, & delicatissimos pisces. 58 Dives patronus. 59 Mensis vel patinis. 60 Ad quam dominus & coniux soli accumbunt. *vel*, sola nemine ad cœnam vocato. 61 Absq; Ad quam dominus & coniux soli accumbunt. *vel*, sola nemine ad cœnam vocato. 61 Absumunt lautis epulis patria bona. 62 Luxuriosè sibi, amicis sordide. 63 Istius diuitis & eiusmodi multorum. 64 In Romanorum apparatis conuiuijs integer apponi solebat aper. 65 Quod multis sufficeret. Solidum aprum Romanorum primus in epulis apposuit P. Seruilius Rullus. Plin. l. 8. c. 51. 66 Nec tamen impune heluaris. 67 Balnea ingressurus portas pauonis carnem omnium difficillimæ concoctionis. 68 Ex nimia repletione & cruditate dum in balnea descendis. 69 Diuulgatur rumor de tua morte per omnia conuiuia. 70 Quibus intestatus, nihil reliqueris. 71 Nil iceletis aut vitij restat, quod— 72 Peditis ac pessimis. 73 Posteri nec pejora excogitare poterunt. 74 Stat in summo, vt vlterius ascendi non possit. 75 Poeta se ad scribendum incitat. *Iamitte rudentes pande vela, ac si quando alijs, tete ingenio vehere.* Plin. epist. 4. l. 8. 76 Velorum. Metaph. 77 Grecorum Comicorum & Lucilij. 78 Irâ & odio aduersus vitia & vitiosos. 79 Liberas, quæ simpliciter sine velamento aut ambage loquitur quod sentit. 80 Adeo per delatores à Domitiano oppugnata est & oppressa.

Quid

Quid refert, dictis ignoſcat [81] *Mutius, an non?*
[82] *Pone Tigellinum:* [83] *tædâ lucebis in illâ,*
Qua ſtantes ardent, qui [84] *fixo gutture fumant,*
Et latum media [85] *ſulcum diducit arena.*
[86] *Qui dedit ergo tribus patruis* [87] *aconita, vebatur*
[88] *Penſilibus plumis, atque illinc deſpiciat nos?*
[89] *Cùm veniet contra, digito compeſce labellum:*
Accuſator erit, qui verbum dixerit, hic eſt.
[90] *Securus licet Æneam,* [91] *Rutulumq́, ferocem*
Committas: [92] *nulli grauis eſt percuſſus Achilles,*
Aut multum [93] *quæſitus* [94] *Hylas, vrnamq́, ſecutus.*
Enſe velut ſtricto, quoties Lucilius ardens
[95] *Inſremuit,* [96] *rubet auditor cui* [97] *frigida mens eſt*
Criminibus, tacitâ ſudant præcordia culpâ.
Inde iræ, & lachymæ: [98] *tecum prius ergo voluta*
Hæc, animo, ante tubas: [99] *galeatum ſero duelli*
Pœnitet; [1] *experiar, quid concedatur in illos,*
Quorum [2] *Flaminiâ tegitur cinis atque Latinâ.*

81 Mutius Albutius quem inſectatus eſt Lucilius, Perſ. Sat. 1. Te Lupe te Muti.
82 Licuit quidem reſpondit monitor, Lucilio liberè inuehi in ſcelera & flagitioſos, nondum inhibita à tyrannis libertate, ſed ſi tu notaris Tigell. vel alium quemlibet imperatori gratum.
83 Indutus tunica moleſta ex ſparto, pice, & bitumine illito, ardebis. vide Sat. 8. v. 235 Brodæum. Miſcellan. 2. l. 9. c. & Sigonium de iudicijs 3. l. 18. c.
84 Fixo gutture ne ſe curuatent, ſic Plin. in Panegyrico, *contigit deſuper mitteri delatorum ſupina ora, retortáſque ceruices.* vel vneo impacto. Senec. 3. de Ira. *circundati deſixis corporibus ignes.* vbi alij legunt, *deſoſſis corp.* & ita ſulcus eſt ipſa foſſa. *Lipſius ibi.* 85 Lipſius in loco citato legit ex vet. cod. *Et latus mediam ſulcus diducit arenam,* vt ſulcus ſit foſſa in media arena, qua defoſsi & ad palum defixi cremabantur viui *ſicus proximè adnotatum eſt.* 86 Ergo, *inquit Poeta,* Tigellinus qui &c. vide ſupra 67. v. 87 Aconitum herba venenoſa ab ἀκόνη dicta quòd inter cautes naſcatur, vel ab ἄκων ceu ἄκαϛ iaculum, quòd olim tela ſua barbari illinebant veneno, qua ratione & deduci toxicum vult I. C. Scal. Solinus verò ab Acone portu Heracleæ. 88 In lectica alte erectus, ſuffultus pulvinis plumâ delicatiſsimâ fartis. 89 Vbi vero Tigellinus, vel eiuſmodi quiſpiam, *dicit monitor,* obuiam tibi fiet. 90 Tutius epico carmine hiſtorias ſcribes & prælia, vt Virgilius certamina Æneæ & Turni. 91 Turnum Rutulorum ducem. 92 Neminem offendit Hiſtoria de Achille percuſſo. 93 Ab Hercule. 94 Qui aquarum profectus dum ſe inclinaret, vnà cum vrna decidit in flum. Aſranium. 95 Inf. indignabundo ore. 96 Pudore & ira quæ vindictam cogitat. 97 Metu & conſcientia ſcelerum. 98 Priuſquam claſsicum canas & Satyricum diſtringas ſtylum. 99 Pugnæ commiſſæ ſera pœnitentia. 1 Quoniam itaque *inquit Poeta,* periculoſæ eſt plenum opus aleæ, legibuſque cautum nequis viuos carmine proſcindat, experiar quid liceat in mortuos. 2 In vijs Flam. & Lat. nobilium vrnæ & reliquiæ condebantur, ſuperextructis ſepulchris.

SATY-

SATYRA II.

Reprehendit hypocrisin in Philosophis, Iudicibus, Sacerdotibus, Ducibus, Nobilibus: qui omnes impiè de inferorum supplicijs sentientes, victores ipsi à victis gentibus corrumpuntur, necnon alios corrumpunt.

[1] VLtra [2] Sauromatas fugere hinc libet, & [3] glacialem
[4] Oceanum, quoties aliquid de moribus [5] audent
Qui [6] Curios simulant, & [7] Bacchanalia viuunt.
[8] Indocti primùm: quanquam plena omnia [9] gypso
[10] Chrysippi inuenias. nam [11] perfectissimus horũ est,
Si quis [12] Aristotelem similem, vel [13] Pittacon emit,
*Et iubet [14] archetypos [15] pluteum seruare Cleanthas.
Fronti nulla fides. quis enim non [16] vicus abundat
[17] Tristibus obscœnis? castigas turpia, cùm sis
Inter [19] Socraticos notissima [18] fossa [19] cinœdos.
Hispida membra quidem, & durœ per brachia setæ
Promittunt [20] atrocem animum: sed podice [21] lœui
Cæduntur tumidæ, [22] medico ridente, [23] mariscæ.
Rarus sermo illis, & magna [24] libido tacendi,

1 Ad barbaras & remotissimas vsque gentes rapidâ fugâ me conferre malim, quàm hic Romæ degere, vbi ficti Philosophi verbis quidem præ se ferunt continentiam, vitâ vero & moribus flagitiosissimi sunt & impurissimi.

2 Europæ atque Asiæ versus Ponticos incolas. Russes & Tartars.

3 Septentrionalem.

4 Mare ab ὠκὺς celer, & ῥέω, fluere.

5 Sup. differere aut præcipere.

6 Continentiam M. Curij viri frugalis & optimi.

7 Tanquam celebrantes Bacchanalia, omnium sceletum seminarium. Liu. 4. 9. 8 Apprime indocti. 9 Statua gypsacea. 10 Stoici & in Dialecticis acutissimi & acerrimi. 11 Ironicè, vel Stoicorum perfectissimus haberi vult. 12 Imaginem Aristotelis vel Pittaci sapientis. * Ordo est, iub. plur. scr. arch. Cle. 13 Primigenios & originales typos ad vitam imaginem formatos. 14 Armarium, mustrum. 15 Imagines Cleanthis Philosophi diligentissimi & aliorum Philosophorum. 16 In vrbe. 17 Hypocrisin fronte seueris, vita turpibus. 18 Pathica sentina. Synec. nom. ist. pathicus 19 Cin. & draucos, qui tamen Socratis sanctimoniam, & disciplinam præ se ferunt. & ipse Socrates male audiebat nomine masc. amoris. Lucian. βίων πρᾶσις & ἀλαθὴς ἱστορίας λόγος β. & οἰνόπους. Sunt tamen qui legi volunt Sotadicos, à Sotade poeta Maronensi, qui primus scripsit cinœdica. de quo Suidas & Strabo. 20 Gravem & severum. 21 Λεῖος, ῥυπαρὸς ἀκροθώραξ. Vide Persij Sat. 1. vers. 40. 22 Vt qui sciat vlcera hæc ex turpitudine constata esse, & non incidi, vt ad eandem redeas. 23 Vlcera podicis ex attritu nata, vt hîc in pathicis, aliàs ijs qui nudo equo insident, vt Martial. ep. 86. l. 14. quæ à similitudine quam habent cum ficu quam mariscam appellant, dicuntur. vt Græcè συκώσεις. 24 Voluptas & speciosum studium,

Atque [25] *ſupercilio breuior coma,* [26] *veriùs ergo,*
Et magis ingenuè [27] *Peribonius. hunc ego* [28] *fatis*
Imputo, qui vultu [29] *morbum, inceſſúq; fatetur.*
Horum ſimplicitas miſerabilis, his furor ipſe
Dat veniam: ſed [30] *peiores, qui talia* [31] *verbis*
Herculis inuadunt, & de virtute locuti
Clunem agitant. ego te ceuentem, [32] *Sexte, verebor?*
Infamis Varillus ait, quo deterior te?
Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus.
Quis tulerit [33] *Gracchos de ſeditione querenteis?*
[34] *Quis cœlum terris non miſceat, & mare cœlo,*
Si fur diſpliceat [35] *Verri, homicida* [36] *Miloni,*
[37] *Clodius accuſet mœchos,* [38] *Catilina Cethegum,*
In [39] *tabulam Sullæ ſi dicant* [40] *diſcipuli tres?*
[41] *Qualis erat* [42] *tragico nuper* [43] *pollutus adulter*
Concubitu: qui tunc [44] *leges reuocabat amaras*
Omnibus, atque [45] *ipſis Veneri, Martiq; timendas:*
Cùm tot abortiuis fœcundam Iulia vuluam
Solueret, & patruo ſimileis effunderet [46] *offas.*
Nonne igitur iure, ac meritò [47] *vitia vltima* [48] *fictos*
Contemnunt Scauros, & [49] *caſtigata remordent?*
Non tulit ex [50] *illis* [51] *toruum* [52] *Laronia quendam*
Clamantem toties: vbi nunc [53] *lex Iulia, dormis?*

15 20 25 30 35

25 Crine Stoicus. Stoici autem ad cutim tondebantur, vt coma breuior eſſet ſupercilio.

26 Tolerabilius ſimpliciuſque facit Peribonius.

27 Inſignis ille cinædus, turpitudinem palam profeſſus.

28 Huius vitia non malitiæ ſuæ, ſed fatis imputo, vel caſi, ſeu potius ἀκρασίᾳ, imo ἀνολαυσίᾳ, vt Perſ. 3. de Natta, *Sed ſtupet hic vitio.*

29 Morb. animi, i. vitia, & leuitatem, *vel* etiam corporis morb. ſc. manifeſtas, vt ſupra verſ. 13.

30 Sed illi longè peiores qui talia (i. ex impetu peccantium) vitia increpãt.

31 Grauibus, ſeueris quæ Herculem Prodici illũ in bivio (vt eſt apud Xenophontem διστόμημ.) deceant. vel grandibus & magnificis, qualia vſurparet fortis ille Hercules.

32 Stoice pathice, egóne te ceu. i. clunes agitantem, verebor? inquit Varil. vir notiſsimæ infamiæ. 33 Tib. & Caium, qui tribuni, dũ reducere leges agrarias conarentur ipſi oppreſſi ſunt cæſíque. 34 Quis non omnia confundat & exclamet, *O cœlum, & terra, & maris Neptunus!* 35 Qui furtis & rapinis Siciliam ſpoliauit, notiſsimus ex Ciceronis in eum actionibus. 36 Qui interfecit P. Clodiũ, notus item ex Cic. 37 Nobilis adulterio Cęſaris vxoris, germanęq; ſororis inceſtu. 38 Conſuratores in Reip. 39 Proſcriptionis tabulam. 40 Cæſar, Pompeius, Craſſus, *rectius* Auguſtus, Lepidus & Antonius qui idem fecere quod Sylla. 41 Aliorum rigidus cenſor. Noſtine hos (inquit Plin. epiſt. 22. l. 8.) qui omnium libidinum ſerui, ſic aliorum vitijs iraſcuntur, quaſi inuideant: & grauiſsimè puniunt, quos maximè imitantur? 42 Tragici argumenti, tragœdiæ digno 43 Claudius Imperator Agrippinam filiam fratris Germanici duxit, quæ ſæpius abortum fecit ne coheredem Neroni pateret. cùm verò Iuliam nominet, idque nuper factum dicat. Interpell. de Domitiano, qui Iuliam Titi Veſpaſiani filiam alteri nuptam corrupit, eíque coactæ conceptum à ſe abigere, mortis cauſa extitit. 44 Iuliam contra adulteros, & alteram qua interdictum mares caſtrari. 45 Dijs adulteris. 46 Fœtus immaturos, embryones, deformes inſtar Domitiani. 47 Intemperantes, extreme vitioſi. 48 Hypocritas, cuiuſmodi erat M. Æm. Scaurus qui fuit (teſte Saluſtio) nobilis, impiger, &c. ſed callide ſua vitia occultans. *Synecd.* 49 Et ipſi obiurgati remord. i. vicißim obiurgant. 50 Hypocritis. 51 Seuerum. 52 Mulier diues eadémque procax. 53 Verſ. 30. *leges amaras.*

Ad

Ad quem [54] *subridens:* [55] *Felicia tempora, quæ te*
Moribus opponunt, [56] *habeat iam Roma pudorem,*
Tertius è cœlo cecidit Cato. [57] *sed tamen vnde*
Hæc emis, hirsuto spirant [58] *opobalsama collo*
Quæ tibi? ne pudeat dominum monstrare tabernæ.
Quòd si [59] *vexantur leges, ac iura: citari*
Ante omnes debet [60] *Scantinia. respice primùm*
Et scrutare viros. faciunt hi plura: [61] sed illos
Defendit numerus iunctæq; vmbone phalanges.
Magna inter molleis concordia. *non erit vllum*
Exemplum in nostro tam detestabile sexu.
[62] *Tædia non lambit Clauiam nec Flora Catullam,*
[63] *Hispo subit iuuenes, & morbo pallet* [64] *vtroque.*
Nunquid nos agimus causſas, ciuilia iura
Nouimus, aut vllo strepitu fora vestra mouemus?
Luctantur [65] *paucæ, comeduni* [66] *coliphia paucæ,*
Vos lanam trahitis, calathisq; peracta refertis
Vellera: vos tenui [67] *prægnantem stamine fusum*
[68] *Penelope melius, leuius torquetis* [69] *Arachne.*
Horrida quale facit residens in [70] *codice* [71] *pellex.*
Notum est, cur [72] *solo* [73] *tabulas impleuerit* [74] *Hister*
Liberto, dederit viuus cur multa [75] *puellæ.*
Diues erit, magno quæ dormit [76] *tertia lecto.*
Tu nube, atque tace. [77] *donant arcana cylindros.*
De [78] *nobis posthæc tristis sententia fertur.*
Dat veniam [79] coruis, vexat censura [80] columbas.

54 Ait Laronia subridens.
55 Ironicè.
56 Vereantur Romani peccare te præsente, vt quondam Catone in Floralibus.
57 Tertius morum grauis castigator, adiectus Censorio & Vticensi.
58 Plinio olenn Baltaminum ab ὀσμὴ, i. succus & βάλσαμον, בעל שמן, à princeps olei.
59 Excitantur ne dormiant, vt vers. 7.
60 In prædiones late, dicta à C. Scantinio qui Marcelli filium de stupro appellauit. Val Max. l. 6. c. 1. quamuis autem leges pleruuque habent nomen ab eis qui tulerunt, non raro item à damnatis vt Laïa à Laïo qui primus omnium irrulit stuprū Chrysippo Pelopis fil.
61 Verum illi se forsan satis tutos credunt, quòd plures sint numero & pugnantes, & se inuicem tutantur facta quasi testudine σωμασπιζοντες.

62 Ipsę meretrices non fellant. 63 Cinædus quispiam. 64 Agendo & patiendo. 65 Nauia enim in prima Sat figit aprum, & in secunda sunt quæ, in theatris luctantur. 66 Lautiorum cibos ceu panes, vide quæ ad Martialis ep. 66. l. 7. 67 tamdiu, intumescentem filorum. 68 Vlyssis vxore, quæ procos telâ, quam nocte retexebat, decerit. 69 Puellâ Lydiâ, à Pallade quam in certamen textoriæ artis prouocarat, victa & in aranearum versa. 70 Ligneo stipite quem alligatum ferui qui deliquerant trahebant, cuique insidebant. Angl. a clog.
71 In adulterio cum domino deprehensa, & perpetuo lanificio damnata. 72 Ex asse herede constituto. 73 Testamenti tab. 74 Hist. Pacuius, diues infamis, de quo Sat. 12. vers. 118. 75 Vxori vt taceret liberti cum marito scelus. 76 Cum marito & drauco. 77 Mariti molles vxoribus, vt taceant, dant lapillos pretiosos ad ornatum & oblongos in modum Cylindri, inanes vniones oualem formam habentes. Plin. de Beryllis l. 37. c. 5. Solin. Polyhistor. c. 65. 78 Miseris mulierculis. 79 Castigatio morum ignoscit vitiorum malorum nequitiæ, vexat mulierum simplicitatem, alij polypoſi magis quam nasuti per coruos intelligi fel. volunt. 80 Simplices & infirmas mulieres.

81 Fugerunt, inquit Poeta, fidi illi nec sibi constantes, atque scelerum conscij Philosophi Laroniam.

82 Vestes (*si modò vestes vocandæ sunt*, inquit Seneca 7. de Benef. *in quibus nihil est quo defendi corpus aut denique pudor possit*, &c.) sericas vel bombycinas molli intextas subtemine, & in tantâ tenues vt per eas singula membra perspici possint.

83 O Iudex, alludit. que vel ad Criticum vel ad Cretam insul. in qua fuerunt iudices severissimi Iouis filij.

84 Meretrices & mœchas.

85 Adulteri quippe conniuis non nisi virili toga indutis in publicum prodire licebat.

86 Sed *inquies* Sol in meuse Iulio ardet.

87 Nudus itaque eas. præstat nu.te insanum quam mollem haberi.

81 *Fugerunt trepidi vera ac manifesta canentem*
Stoicidæ. quid enim falsi Laronia? sed quid
Non facient alij, cum tu 82 *multitia sumas*
83 *Cretice & hanc vestem populo mirante, perores*
In 84 *Proculas & Pollineas? est mœcha Fabulla,*
Damnetur si vis, etiam Carfinia: 85 *talem*
Non sumet damnata togam. sed 86 *Iulius ardet,*
Æstuo, 87 *nudus agas: minus est insania turpis.*
88 *En habitum, quo te leges, ac iura ferentem*
89 *Vulneribus crudis populus modò victor, & illud*
90 *Montanum positis audiret vulgus aratris.*
91 *Quid non proclames, in corpore iudicis ista*
Si videas? quæro, an deceant multitia 92 *testem.*
Acer & indomitus, libertatisq; magister
Cretice 93 *pelluces.* 94 *dedit hanc contagio labem,*
Et dabit in plureis: sicut grex totus in agris
Vnius scabie cadit, & * porrigine porci,
95 Vuaque conspectâ liuorem ducit ab vuâ.
Fœdius hoc aliquid quandóque audebis amictu:
Nemo repente fuit turpissimus. *accipient te*
Paullatim. 96 *qui longa domi redimicula sumunt*
Frontibus & toto posuere monilia collo,
Atque 97 *Bonam tenerâ placant abdomine* 98 *porcæ,*

88 Ironice. Egregius sanè iudex, quem audiant illi prisci Romani militiæ & agriculturæ intenti in infantia & iuuentute Imperij Rom. 89 E recenti prælio redeuntes antiqui illi & bellicosi Romani. 90 Rustici illi rudes & ab omni mollitie alieni. 91 Quid conuitiorum non proclametis, O antiqui Romani militia & agricultura horridi, in mollem hunc iudicem? 92 Multo minus iudicem. 93 Membra per vestem tenuem apparent. 94 Tu mollium commercio corruptus mox & alios afficabis hanc mollitiei labem, non secus ac, &c. * *Alij legunt prurigine.* 95 Ex opinione vulgi, inquit Turneb. 5. 17. censentis vuam vuam sub vindemiam ab altera conspecta colorari. 96 Innuit effœminatos sacerdotes quos in Albano Domitianus constituerat, qui celebrarent quotannis Quinquatria Minervæ, cui collegium ibidem consecrarat. Sueton. Domit. 8. c. atque horum sacra dicit magis Orgia & Cotyttia referre quàm Gymnæcia. 97 Minervam Domitiano superstitioso cultam, cuius sacra celebrarent Albani illi Flauiales sacerdotes eâdem religione qua matronæ Rom. colebant Bonam deam, Maiam, Terram, Proserpinam, Opem, &c. Vide Macrobium 1. Sat. 12. 98 Quæ propria est terræ hostia, quòd ea segetes quas Ceres Proserpinæ offenderat primum est depasta. Macrobius, ibidem.

Et

Et magno cratêre deam. sed [99] *more siniſtro*
Exagitata procul non intrat fœmina limen.
Solis ara deæ maribus patet. ite profanæ,
Clamatur: nullo gemit hîc tibicina cornu.
90 **Talia* [1] *ſecretâ coluerunt * Orgia tædâ*
[2] *Cecropiam ſoliti* [3] *Baptæ* [4] *laſſare* [5] *Cotytto.*
[6] *Ille ſupercilium madidâ fuligine * tactum*
[7] *Obliquâ producit acu, pingitq́; trementeis*
95 *Attollens* [8] *oculos:* [9] *vitreo bibit ille Priapo,*
[10] *Reticulumq́; comis auratum ingentibus implet,*
Cœrulea indutus [11] *ſcutulata, aut* [12] *galbana raſa,*
[13] *Et per Iunonem domini iurante miniſtro.*
[14] *Ille tenet ſpeculum pathici geſtamen Othonis,*
100 *Actoris Arunci ſpolium: quo ſe* [15] *ille videbat*
Armatum, cum iam tolli vexilla iuberet.
[16] *Res memoranda nouis annalibus, atque recenti*
Hiſtoriâ, ſpeculum [17] *ciuilis ſarcina belli.*
[18] *Nimirum ſummi ducis eſt occidere Galbam,*
105 *Et curare cutem ſummi conſtantia ciuis:*
[19] *Bebricaci in campo ſpolium affectare Palati,*
Et preſſum in faciem digitis extendere panem,

99 Contrario ritu, amotis ſcilicet fœminis, vt in γυναικείοις excluduntur mares, ita vt vera ſit illa Etymologia Apollonij interpretis, Orgia dicta ὀπὸ τῦ εἴργειν, quod profani arceantur à ſacris, vtcunque alij deducunt ὀπὸ τῆς ὀργῆς furore Bacchico, alij ὀπὸ τῶν ὀρῶν montibus in quibus celebrantur &c. * Neque minore cum turpitudine, ſcelere & impudicitiâ, celebrantur hæc Minervæ Quinquatria, quàm nocturna illa ſacra Cotyttia à Thracibus recepta coluerunt Athenis ſacerdotes Deæ Cotyttus, ſuptæ dictis aut Romæ quondam apud vos Bacchanalia omnium flagitiorum ſeminarium.

1 Nocturnâ vel myſticâ face. 2 Athenienſem à primo Athenarum Rege. 3 Sacerdotes molles & effœminati deæ Cotyttus in quorum laſciuiam ſcripſit Eupolis comœdiam Baptæ. 4 Ad laſſitudinem ſaltare, *vel* fictam deæ perſonam delaſſare. 5 Pſaltria ſeu ſaltatrice deam impudentiæ. Politiani Miſcell. cap. 10. 6 Alius ſupercilia denigrat. Tanta eſt decoris affectatio vt tinguntur oculi quoque, inquit Plin. l. 11. c. 37. Oculos eiuſmodi Hieronymus vocat, *orbes ſtibio fuliginatos*. * Alij *tinctum*. 7 Calamiſtro. Ang. A Crisping pin. 8 Genas vel pilos oculorum, vel ipſa ſupercilia. 9 Non ſecus ac impudica ac libidine efferata mulier, quæ ex pene è vitro facto bibit. 10 A Call. 11 Veſtimenta plurimas ſcutularum formas habentia vt in aranearum telis. 12 Subalba à flore galbani ferulæ in Syria, cuius ſuccus notus. vel galbinea. i. cærulea veſtimenta raſa quæ pilis & villis carent. 13 Ipſo ſeruo in tantum molli, vt iuret (more domini ſui) per Iunonem, quod mulieres faciunt vti viri per genium ſuum, Iouem, Herculem, &c. ſic Quartilla apud Petronium: *Iunonem meam iratam habeam. ſi &c.* 14 Alius habet ſpeculum quod geſtaret Otho Imperator, inſtar haſtæ. *vel* quo munere Othonis gloriatur iſte æque inſolester ac Turnus haſtâ Actoris Arunci apud Virg. 12. AEn. 15 Otho. 16 Ironicè. 17 Inter Othonem & Vitellium. 18 Parum conueniunt inter ſe hæc Othonis qui veluti fortis ac ſummus ciuis eum rauit Galbam interficiendum, ſimul cum Vitellio de palacio & imperio Rom. dimicanti: idemque mollis ſe quotidie rafit & pane lacte aſinino madido faciem perpoliuit. 19 Oppidi inter Veronam & Cremonam, vbi Otho odio (vt refert Suetonius in Othone, & Tacit. hiſt. 1.) ciuilis belli ſe interemit.

[20] *Quod nec in Assyrio pharetrata Semiramis orbe,*
[21] *Mœsta nec Actiacâ fecit Cleopatra carinâ.*
[22] *Hîc nullus verbis pudor, aut reuerentia mensæ:*
Hîc [23] *turpis Cybeles &* [24] *fracta voce loquendi*
Libertas, & crine senex [25] *phanaticus albo*
Sacrorum antistes, rarum ac memorabile magni
[26] *Gutturis exemplum,* [27] *conducendusq; magister.*
Quid tamen exspectant: [28] *Phrygio quos tempus erat iam*
More [29] *superuacuam* [30] *cultris abscindere* [31] *carnem?*
Quadringenta dedit [32] *Gracchus sestertia* [33] *dotem*
Cornicini, [34] *siue hic recto tantauerat ære.*
Signatæ [35] *tabulæ:* [36] *dictum* felicíter, *ingens*
Cœna [37] *sedet: gremio iacuit* [38] *noua nupta* [39] *mariti.*
O proceres, [40] *censore opus est, an* [41] *haruspice nobis?*
Scilicet horreres, maioraq; monstra putares,
Si mulier vitulum, vel si bos ederet agnum?
[42] *Segmenta, & longos habitus, &* [43] *flammea sumit*
[44] *Arcano* [45] *qui sacra ferens mutantia loro*
Sudauit clypeis [46] *ancilibus.* [47] *ô pater vrbis!*
Vnde nefas tantùm Latijs [48] *pastoribus? vnde*
Hæc tetigit, [49] *Gradiue, tuos* [50] *vrtica nepotes?*
[51] *Traditur ecce viro clarus genere, atque opibus vir:*
Nec galeam quassas, nec terram cuspide pulsas,

20 Cuiusmodi mollitiem in speculo & fucis sibi, quandiu bella exercebant, negarunt luxuriosissimæ illæ Reginæ Babyloniæ & AEgypti.
21 Victa nauali prælio ad Actium.
22 Inter hos molles.
23 Turpis libertas qualis est inter Gallos in sacris deæ Phrygiæ quo die lauabatur Cybele in Almone fluuio.
24 Lasciua & dissoluta.
25 Numine afflatus, furijs correptus.
26 Gulæ, vel etiam vocis.
27 Gula & vitijs dignus qui huic turpi collegio præesset. Dignum patella operculum.
28 More sacerdotum Phrygiæ deæ.
29 Quæ ijs muliebria patientibus nulli est vsui.
30 Lapideis vel testâ Samiâ, ad imitationem Atis pueri Cybèle dilecti.
31 Penem. Virilia.
32 Nobilis.
33 Dotis nomine.
34 Aut certe tubicini.
35 Nuptiales & dotales.
36 Acclamatum est, *Feliciter cedant nuptiæ.*
37 Posita est, *vt in prima Sat. Sportula sedet*, vel multi cœnantes sedent.
38 Gracchus.
39 Cornicinis aut tubicinis.
40 Qui spurcissimos hos mores corrigat.
41 Qui inspectis haruspicum, i. hostiarum extis portenta hæc expiet.
42 Mobilia interpretatur Seruius, i. Æneid. ego fimbrias exposuerim. Angl. gards or laces, quas mulieribus aureas indultas testatur Valer. lib. 5. cap. 2.
43 Velamenta lutea vel rubra quibus tegi, nouis nuptis mos erat.
44 Ab interiore parte annexo.
45 Vnus è Salijs, i.e. Martis sacerdotibus qui ancilia collo suspensa ferebat, saltando sudans.
46 Scutis ancilis, i. e. vndique circumcisis, è quibus primum è cœlo decidisse fertur, oraculo edocti Romani ibi fore perpetuum imperium si hoc asseruaretur, ad eius similitudinem & alia vndecim effinxere, ne internosceretur.
47 Mars pater Romuli, qui vrbem Rom. condidit.
48 Rudibus primùm & agrestibus.
49 Mars à gradiendo in bella vtroque, vel à κραδαίνω hastam vibro.
50 Libidinis pruritus.
51 In Matrimonium.

Nec

Nec quereris [52] *patri. vade ergo, &* [53] *cede seueri*
Iugeribus campi, quem negligis. [54] *Officium cras*
Primo sole mihi peragendum [55] *in valle Quirini.*
Quæ causſa officij? quid quæris? nubit amicus,
Nec multos adhibet. liceat modò viuere: fient,
Fient [56] *iſta palàm, cupient &* [57] *in acta referri.*
Interea tormentum ingens [58] *nubentibus hæret,*
Quòd nequeunt parere, & [59] *partu retinere maritos.*
Sed [60] *melius, quod nil animis in corpore iuris*
Natura indulget. ſteriles moriuntur, & illis
Turgida non prodeſt [61] *conditâ pixide Lyde:*
Nec prodeſt agili palmas præbere [62] *Luperco.*
Vicit & hoc monſtrum [63] *tunicati* [64] *fuſcina Gracchi,*
Luſtrauitq́ fuga mediam gladiator arenam.
Et [65] *Capitolinis generoſior, & Marcellis,*
Et Catuli [66] *Pauliq́ minoribus, & Fabijs, &*
[67] *Omnibus ad podium ſpectantibus. his licet* [68] *ipſum*
Admoneas, cuius tunc munere [68] *retia miſit.*
[69] *Eſſe aliquos Manes, & ſubterranea regna,*
Et [70] *contum & Stygio ranas in gurgite nigras,*
Atque vnâ tranſire vadum tot millia cymbâ,
Nec pueri credunt, niſi [71] *qui non dum ære lauantur.*
Sed tu vera puta. Curius quid ſentit, & ambo
[72] *Scipiadæ? quid Fabricius, maneſq́ Camilli?*

52 Apud patrem Iobem.

53 Recede à Campo Martio, seuero, quòd in eo fiebant comitia, exercitia militaria, & olim iudicia.

54 διαλογικῶς hæc.

55 In porticu vel templo Quirini, i.e. Romuli.

56 Marium inter se ſponſalia & nuptiæ.

57 Publico decreto, vt illa quæ in libros actorum referuntur, tanquam res memorabiles, & quę ratæ ac legitimæ ſint. *vel* liberos habere cupient, quos patres profeſsi in acta publica referebant. Iulius Capitolinus in Gordianis & in Aurelio. vide quæ ad vers. 83. Sat. 9. *libris actorum ſpargere gaudes Argumenta viri.*

58 Maſculis hiſce.

59 Ne ſteriles repudientur: liberi enim pignora & vincula coniugij.

60 Bene conſuluit viris natura, vt ſi maxime velint tamen non poſsint in mulieres transformari. 61 Arachne. ferunt (inquit Iunius) Phyſici mulierem ſterilem concipere poſſe, ſi pyxide incluſam araneam geſtet in ſinu. Turneb. l. 15. c. 17. de vnguentaria aliqua craſſa intellexit Lyde, quæ medicamina ſterilitatem amouentia promittit & venditat. 62 Luperci ſacerdotes Februantes nudi per vrbem diſcurrebant, hircinaque pelle feriebant palmas mulierum quæ ſe offerebant, hinc fœcunditatem ſperantes. 63 Depoſitâ nobili togâ, induti tunicâ ſine manicis Retiarij gladiatoris, qui inermis & in ſola tunica pugnabat. 64 Fuſcina & reti armatus. Retiarius myrmillonem, cuius galea inerat piſcis effigies, in amphitheatro captabat, ſubinde dicens, *piſcem peto, non te peto, quid me fugis Galle?* 65 Manlijs. 66 Poſteris, nepotibus Æmilij. 67 Nobilibus in primo ſubſellorum ordine ſpectantibus. podium autem locus in Theatro Orcheſtræ proximus. 68 Prælitorem qui munera gladiatoria exhibet. Munerarium. *Alij intelligunt Neronem, alij Domitianum.* 69 Hinc vero hæc oriuntur ſcelera, quod inferos, fabulas eſſe aniles credant omnes. 70 Quo Charon ratem ſubigit. 71 Infantes qui nondum quadrimi in balneis non lauantur. 72 Scipiones qui in Hiſpania perierunt, vel Africani maior & minor.

Quid [73] *Cremeræ legio, &* [74] *Cannis consumpta iuuentus,*
Tot [75] *Bellorum animæ? quoties hinc* [76] *talis ad illos*
Vmbra venit, cuperent [77] *lustrari, si qua darentur*
[78] *Sulfura cum tædis, & si foret* [79] *humida laurus.*
[80] *Illuc, heu miseri traducimur. arma quidem vltra*
Littora [81] *Iuuernæ promouimus, & modò captas*
[82] *Orcadas, ac* [83] *minimâ contentos nocte Britannos.*
Sed [84] *quæ nunc populi fiunt victoris in vrbe,*
Non faciunt, illi, quos vicimus. [85] *& tamen vnus*
Armenius Zalates cunctis narratur ephebis
Mollior ardenti sese indulsisse Tribuno.
[86] *Adspice quid faciant commercia: venerat obses.*
[86] *Hic fiunt homines. nam* [87] *si mora longior vrbem*
Indulsit pueris, non vnquam deerit amator:
Mittentur braccæ, cultelli, frænа, flagellum,
Sic prætextatos referunt [88] *Artaxata mores.*

73 306 Fabij à Veientibus ad Cremeram fin. Intercepti & cæsi.
74 In Appulia ab Annibale.
75 Animæ virorum in bello cæsorum.
76 Turpis & monstrosa, cuiusmodi nunc sunt.
77 Veluti ipso visu contaminati.
78 Ignis ad expurgandum, & —
79 — aqua ex aspergillo laureo.
80 Et tamen traducimur omnes illuc, ad inferos, reddituri apud iudices vitæ rationem, & visuri quę in viris non credidimus vera. pendetque hoc à versu 154. supra.
81 Hyberniæ, *Irlandia.*
82 Insulas xxx. à Septentrionali parte Britanniæ à Claudio Imperatore adiectas Rom. imperio. 83 In Solstitio æstiuo. 84 Nos Romani ijs vitijs victi sumus, quæ barbari illi quos armis vicimus non agnoscunt. 85 Qui tamen aliquâ occasione ad nos commeant, à nobis corruptelam morum sibi contrahunt & in suam patriam referunt. vt ille Zalates qui obses huc ex Armenia datus le exposuit libidinoso tribuno. 86 Ironicè. 87 Si diutius hic morentur, corrumpentur donis braccis, cult. frę. & flagellis, *vel* omittent & exuent cum patrijs armis cultellis, fræno & flagellis quibus vsi fuerant domi in studijs venationum & exercendorum equorum, & vestitu Braccis quæ Phrygibus, Lydis, Persis in vsu non secus ac Gallis (vide quæ Ios. Scal. ad Propert. 4 l. & quæ Casaub. ad Suetonij August.) mores etiam patrios simplices & honestos, vnà cum Romano cultu mores effœminatos (qui prætextam passim decent) domum referent. 88 Maioris Armeniæ vrbem iuxta Araxem fluuium sitam.

SATYRA III.

Inducitur Vmbritius aruspex poetæ causas reddens cur Baias migret à Roma, in qua per Græcorum aliarumque gentium quæ in vrbem confluxere, adulationes, dilationes, venefieia, aliasque malas artes, vt & ruinas, incendia, pauperum contemptum, vim & latrocinia, honesto ciui in vrbe non sit locus.

Q Vamuis digressu veteris [1] *confusus* [2] *amici,*
Laudo tamen [3] *vacuis quòd sedè figere* [4] *Cumis*

1 Perturbatus, tristis sum.
2 Vmbritij, aruspicis ejus temporis periti. 3 Non ita ciuium plenis. 4 Campaniæ ciuitate antiquissima.

Destinet,

Destinet, atque [5] *vnum ciuem donare* [6] *Sibyllæ.*
[7] *Ianua* [8] *Baiarum est & gratum litus amœni*
Secessus. ego vel [9] *Prochytam præpono* [10] *Suburræ.*
Nam [11] *quid tam miserum, tam solũ vidimus, vt non*
Deterius credas, horrere incendia, lapsus
Tectorum assiduos, ac mille pericula sæuæ
Vrbis, & [12] *Augusto recitantes mense poetas?*
Sed dum [13] *tota domus rhedâ componitur vnâ,*
[14] *Substitit ad* [15] *veteres arcus,* [16] *madidamq; Capenam:*
Hic, [17] *vbi nocturnæ Numa constituebat amicæ.*
Nunc [18] *sacri fontis nemus, & delubra locantur*
[19] *Iudæis: quorum cophinus, fœnumq; supellex.*
Omnis enim populo mercedem pendere iussa est
[21] *Arbor, & eiectis* [22] *mendicat sylua Camœnis.*
[23] *In vallem Ægeriæ descendimus, & speluncas*
Dissimiles [24] *veris. quantò præstantius esset*
[25] *Numen aquæ, viridi si margine clauderet vndas*
Herba, nec [26] *ingenuum violarent* [27] *marmora tophum?*
Hîc tunc [28] *Vmbricius: Quando artibus, inquit, honestis*
Nullus in vrbe locus, nulla emolumenta laborũ,
Res hodie minor est herè quam fuit, [29] *atque eadem cras*
Deteret exiguis aliquid: proponimus [30] *illuc*
Ire, fatigatas vbi Dædalus exuit alas:
Dum noua canities, dum prima, & recta senectus
Dum supereſt [31] *Lachesi quod torqueat, & pedibus me*
Porto meis, nullo dextram subeunte bacillo.

5 Se addere ciuem.
6 Quæ Cumis facellum habuit.
7 Roma proficiscentibus per Cumas iter est, & tanquam introitus ad Baias.
8 Vrbis in Campania amœnissimæ.
9 Insulam in litore Campano.
10 Vico Romæ celeberrimo.
11 Quid alibi tam miserum, quo Romæ non sit deterius? *vel* quid fuit tam miserum atque vnico horrendum, quo ne quid miserius contingas, non metuas?
12 Quo, vbi cæteris vacat per intensum feruorem, poetæ mali importuna recitatione obuios enecant.
13 Supellex & facultates Vmbritij.
14 Vmbritius expectans rhedam.
15 Romuli vel Horatiorum, in memoriam victoriæ erectos, *vel* arcus aquæductuum qui illic erant.
16 Propter fontes & aquæductus, qui in propinquo illius portæ sunt.
17 Vbi constitutum AEgeriæ denuntiabat, *vel* vbi constituebat simulatum congressum loquendi tempus cum Nympha AEgeria.
18 Lucus Aricinus, fons, & delubra Musis à Numa sacrata. 19 Vrbe à Domitiano pulsis. 20 Quibus vas ex vitgultis & fœnum est vniuersa supellex. 21 Ad quam iumentum ligari posset. *vel* sub cuius vmbra quiescere liceret. 22 Iudæi syluam incolentes mendicant, eiectis Camœnis quibus sacrum erat nemus cum delubro. 23 Ego & Vmbricius in Aricinum lucum descendimus. 24 Illis naturalibus & simplicibus. 25 Fontis, nullos n. fons numine vacare credebatur. 26 Naturalem. 27 Arte posita marmora. 28 Ita incipit Vmb. 29 Atque eadem cras teret. Limmiuret aliquid de exiguis. 30 Cumas quo Dæd. è Creta fugit. 31 Dum Parcarum vni supereſt filum vitæ meæ quod torqueat.

32 Ce-

32 Excedamus patria.
33 Adulatores olim cornicines, nunc Romæ publicani.
34 Candida de nigris, & de candentibus atra. Falsa in vera, vitia in virtutes.
35 Reficiendam.
36 Aquam venalem, *vel* è fluminibus vectorijs lucrum
37 Portuum vectigalia & stationis pretium.
38 Cloacæ vel lacunæ sordes expurgandas.
39 Sub hasta fixa quæ publicæ auctionis nota est, serui caput venale exponere.
40 Art. & Catu.
41 In muneribus gladiatorijs per municipia, buccas & buccinas locabant.
42 Ipsi ad opes promoti & præfecti nunc edunt gladiatoria.
43 Quod signum est velle populum interfici victum: vti contra, pressus pollex, nota erat populi intercedentis pro victo ne ingularetur. Politian. Miscel. 42. c.
44 Cum populi applausu.
45 Purgandas.

52 *Cedamus patria: viuant* 33 *Arturius istic*
Et Catulus: maneant qui 34 *nigra in candida ver-* 30
tunt. (*tus,*
Queis facile est 35 *ædem conducere,* 36 *flumina,* 37 *por-*
38 *Siccandam eluuiem, portandum ad busta cadauer,*
Et 39 *præbere caput dominâ venale sub hastâ.*
Quondam 40 *hi cornicines, &* 41 *municipalis arenæ*
Perpetui comites, notæq; per oppida buccæ, 35
42 *Munera nunc edunt, &* 43 *verso pollice vulgi*
Quemlibet occidunt 44 *populariter: inde reuersi*
Conducunt 45 *foricas. & cur non omnia? cum sint,*
Qualeis ex humili magna ad fastigia rerum
Extollit, quoties voluit, fortuna iocari. 40
Quid Romæ faciam? mentiri nescio: librum
Si malus est, nequeo laudare, & * *poscere:* 46 *motus*
Astrorum ignoro: funus 47 *promittere patris*
Nec volo, nec possum: 48 *ranarum viscera nunquam*
Inspexi: ferre ad nuptam quæ mittit adulter, 45
Quæ mandat, norint alij: me nemo ministro
Fur erit, atque ideo nulli comes exeo, tanquam
49 *Mancus, & extincti corpus non vtile dextræ.*
Quis nunc diligitur nisi 50 conscius, *& cui feruens*
51 *Æstuat occultis animus, semperque tacendis?* 50
Nil tibi se debere putat, nil conferet vnquam,
Participem qui te secreti fecit honesti.
Carus erit 52 *Verri, qui Verrem tempore, quo vult,*
Accusare potest. 53 *tanti tibi non sit* 54 *opaci*
Omnis arena 55 *Tagi, quodque in mare voluitur aurum.* 55

* Poscere nequeo adulatoriè librum quem non probo.

46 Vt futura canam Astrologus. 47 Inquirentibus in patrios annos. 48 Victimarum exta inquirto, tubicarum ea nenia exta ad veneficia non tracto. 49 Tanquam membrum emortuæ dextræ, quæ nulli est vsui. Neque ego adeo idoneus & habilis officijs adulatorijs & sceleratis. De ℈ Heraldus *comitem* hic intelligit, qui alterius latus tegens quasi dextra cassus est, cuius ministerio caret. 50 Secretorum alterius sceleris. 51 Taceat ne, an proferat. 52 Spoliatori contra & scelerato, qualis erat Verres, carus erit qui furtis eius & sceleribus conscius est. 53 Tu vero sapiens nulla lucri spe seruitare alterius arcanæ, quorum & tu conscius æstues, timeasq; ne è medio tollaris ab illo qui te conscium timet. optimè Lysimacho Philippides, πλεῖν ἢ μὴ ἀποφθῆναι. Plutarch. de garrulitate.

54 Obscuris vmbris arborum, Martial. l. 3. ep. 50. *vel* aureis arenis turbidi. 55 Auriferi fl. in Lusitania.

Vt

Vt somno careas,[56] *ponendaq; præmia sumas*
Tristis, & à magno semper timearis amico.
Quæ nunc diuitibus gens acceptissima nostris,
Et quos præcipuè fugiam, properabo fateri,
Nec pudor obstabit. non possum ferre, Quirites,
Græcam urbem, quamuis[58] *quota portio faecis Achææ?*
Iampridem[59] *Syrus in Tiberim defluxit Orontes,*
Et linguam, & mores, & cum tibicine[60] *chordas*
Obliquas, nec non[61] *gentilia tympana secum*
Vexit, &[62] *ad Circum iussas prostare puellas.*
[63] *Ite, quibus grata est*[64] *picta lupa Barbara mitra.*
[65] *Rusticus ille tuus sumit*[66] *trechedipna, Quirine,*
Et[67] *ceromatico fert*[68] *niceteria collo,*
Hic[69] *alta Sicyone, ast hic*[70] *Amydone relicta,*
Hic[71] *Andro, ille*[72] *Samo, hic*[73] *Trallibus, aut*[74] *Alabandis*
Esquilias, dictumq; petunt[75] *à vimine collem,*
[76] *Viscera magnarum domuum, dominiq; futuri.*
Ingenium velox, audacia perdita, sermo
Promptus, &[77] *Isæo*[78] *torrentior: ede, quid illum*
Esse putes?[79] *quemuis hominẽ secum attulit ad nos,*
Grammaticus, rhetor, geometres, pictor,[80] *aliptes,*
Augur,[81] *schœnobates, medicus,*[82] *magus: omnia nouit.*
Græculus[83] *esuriens, in cœlum, iusseris, ibit.*

56 Quæ cum mala conscientia non erant sumenda.
57 Romam Græcorum vitijs pollutam.
58 Nec tamen hæc maxima pars est turpissimæ illius gentis Græcę, sed & huc confluxere Syri, Mauri, &c.
59 Syri qui ad Orontem fl. habitant, veneruut Romam ad Tibrim sitam.
60 Cum obliquorum instrumentorum chordis obliquos etiam mores tibicinis.
61 Gentis suæ propria hinc n. Ambubaiæ dictæ à voce Syriaca אַמְבּוּבַיָּא
62 Ab ijs mos prostituendi meretrices in maximo Circo Romæ.
63 Ad Circum vbi prostant.
64 Syra meretrix more patrio caput picta redimita mitra
65 O Romule, tui cives à te pastore orti & (si cum alijs conferantur) rustici, ad sportulam, & coenam tantùm currere, aut gladiatores agere nolunt: isti vero qui vndique in

vrbem hanc confluxere, omniscij sunt, & domos in amœnissimis vrbis locis capiunt, Exquiliis sc & Viminali collib. 64 Vestes quibus ad salutandum curritet. hinc cœnam vel sportulam promeriturus, & *Poeta de Græcis loquutus, Græca affectat verba,* à τρέχω, curro, & δεῖπνον, cœna. Tunebus 317. Endromidem simpliciter exponit. 67 Collo perunctò ceromate, quod ex oleo, cera & pulvere fit. 68 Victoriæ præmia. 69 Insula in mari Ægeo præalta & eminente. 70 Pœoniæ ciuitate. 71 Prima Cycladum. 72 Insula in Icario quæ Ioniæ adiacet. 73 Vrbe Cariæ. 74 Vrbe minoris Asiæ. 75 Viminalem collem. 76 Artibus suis se in maximas familias insinuantes, quarum hæreditatem captant, ijs quippe est Ing. velox, &c. 77 Oratore Athen. Demosthenis præceptore, vel illo Rom. quem Plinius eloquentissimum laudat. 78 Concitatior, vberior. 79 Omniscium, omnes artes professum. est n. gra. th. ge. &c. 80 Qui Athletas vngit. 81 Funambulus. 82 Mysteriorum gnarus. 83 Cogente fama seu paupertate, quæ excitat artes, si insseris, volabit alter Dædalus.

81 *Ad*

84 Denique vel quod ſummum eſt.
85 Dædalus.
86 Annon ego Româ profugiam, cum Græculi ſint purpurati tanquam nobiles, Veſtes induti purpureas conchyliorum liquore tinctas?
87 Teſtamenta, vel alias tabulas conſignandas, adnocatus.
88 In conuiuijs honoratiori loco accumbet, lecto digniori, vel ſuperiori culcitræ triclinatis loco.
89 E Syria cum prunis & ficubus ipſe venalis.
90 Nihilne nobis eſt prærogatiuæ, quod Romæ nati & nutriti ſuimus? aërem Romanum hauſimus?
91 Romani, Auentinus, n. vnus eſt ex ſeptem vrbis Romæ montibus.
92 Oliuâ, i. fructibus & cibis Italicis, & opponitur prunis & coctonis Syris.
93 Cum enim in paleſtra reciperet vires à matre ſua Terra contacta, gigantem hunc à terra lenatum Hercules præfocauit.
94 Cum admiratione laudat exilem eius vocem, quæ tamen æquè ingrata eſt ac ſtridula atque rauca vox galli, qui inter aſcendendum gallinam mordet.

84 *Ad ſummam, non Maurus erat, nec Sarmata, nec*
Thrax
85 *Qui ſumpſit pennas, medijs ſed natus Athenis.*
86 *Horum ego non fugiam conchylia? me prior ille*
87 *Signabit,* 88 *fultuſq; toro meliore recumbet,*
89 *Aduectus Romam, quo pruna & coctona vento?*
90 *Vſque adeò nihil eſt, quòd noſtra infantia cœlum*
Hauſit 91 *Auentini* 92 *baccâ nutrita Sabinâ?*
Quid? quòd adulandi gens prudentiſſima, laudat
Sermonem indocti, faciem deformis amici,
Et longum inualidi collum ceruicibus æquat
Herculis, Antæum 93 *procul à tellure tenentis.*
94 *Miratur vocem angustam, qua deterius nec*
Ille ſonat, quo mordetur gallina marito.
Hæc eadem licet & nobis laudare: ſed 95 *illis*
Creditur. an melior cum 96 *Thaida ſuſtinet, aut cum*
97 *Vxorem cœnædus agit, vel* 98 *Dorida nullo*
Cultam palliolo. mulier nempe ipſa videtur,
Non 99 *perſona loqui: vacua, &* 1 *plana omnia dicas*
Infra ventriculum, & 1 *tenui diſtantia rimâ.*
Nec tamen 2 *Antiochus, nec erit mirabilis illic*
Aut 2 *Stratocles, aut cum molli* 2 *Demetrius* 3 *Hæmo.*
3 *Natio comœda eſt.* * *rides? maiore cachinno*
Concutitur: flet, ſi lacrymas adſpexit amici,
Nec dolet: igniculum brumæ ſi tempore poſcas,
Accipit 4 *endromidem: ſi dixeris æſtuo, ſudat.*
Non ſumus ergo 5 *pares: melior, qui ſemper & omni*
Nocte dieq; poteſt alienum ſumere vultum,

95 Græculis & Syris. 96 Annon melius etiam hiſtrionicam exercet, quam nos? vbi meretricis agit partem &c. *Ironice.* 97 Matronam. 98 Nympham Oceani filiam nudam. 99 Non qui perſonam alterius ſuſtinet, *vel* non perſonatus.
1 Non virilia ſed muliebria habere. 2 Peritiſsimi mimi & hiſtriones præ his nullius pretij ſunt. 3 Græci omnes ad mimicam nati ſunt. * ἰγέλας, ἰγὼ δ' ἐξέγνωκον γέλωτα. Plutarch. de diſcrim. vide & Theophraſti characterē περὶ κολακείας. 4 Veſtem craſſam & villoſam qua in gymnaſijs vtebantur ne calefacti refrigeſcerent. A Rug gowne. 5 Græco huic.

[6] *A facie iactare manus: laudare paratus,*
Si bene ructauit, si rectum minxit amicus:*
Si [7] trulla inuerso crepitum dedit aurea fundo.
Præterea sanctum nihil est, & ab [8] inguine tutum:
Non [9] matrona laris, non filia virgo, neque ipse
Sponsus [10] lêuis adhuc, non filius [11] ante pudicus.
Horum si nihil est, aulam [12] resupinat amici.
[13] Scire volunt secretà domus, atque inde timeri.
Et quoniam cœpit Græcorum mentio, [14] transi
Gymnasia, atque audi sacinus maioris [15] abollæ.
[16] Stoicus occîdit Baream, delator amicum,
Discipulumq; senex, [17] ripâ nutritus in illâ,
Ad quam Gorgonei delapsa est penna caballi.
Non est Romano cuiquam locus hîc, vbi regnat
[18] Protogenes aliquis, vel Diphilus, aut Erimantus,
Qui gentis vitio nunquam partitur amicum:
Solus habet. nam cùm facilem stillauit [19] in aurem
Exiguum de [20] naturæ patriæq; veneno,
Limine summoueor, perierunt tempora longi
Seruitij. [21] nusquam minor est iactura clientis.
Quod porro officium (ne nobis blandiar) aut quod
Pauperis hîc meritum? si curet nocte togatus
[22] Currere, cùm prætor lictorem impellat, & ire
Præcipitem iubeat, dudum vigilantibus orbis,
Ne prior [23] Albinam, aut Modiam [24] collega salutet
[25] Diuitis hic serui claudit latus ingenuorum

6 Veluti cum admiratione, bleſſe him ſelfe.

* Al. *si lectum minxit*, i. culcitram triclinarem. Horat. l. 1 serm. 3. *Comminxit lectum potus.*

7 Si trullam vini ebibit, ita vt fundum inuerterit, epotoque vino labris fugens crepuerit. *Turneb. vel*, si in Cottabi lusu, reliquum vini in pauimentum ejecit (quod fit inuerso poculo) clarum ediderit sonum quod felix amoris augurium est. *sed alij aliam vt sit* siue mingat, siue pedat.

8 Pene, libidine.

9 Materfamilias.

10 Imberbis, impubes.

11 Priusquam hic aduenerat.

12 Subodoratur, & secreta domus scrutatur.

13 Iuxta illud Ital. *Servo d'altrui si sa, chi dice il suo secreto a chi no'l sa.*

14 Missis his leuibus Græcorum de plebe exercitationibus.

15 Togæ philosophicæ, q.d. audi scelera philosophorum Græc. erat etiam abolla crassior & minor, qua milites vtebantur, vt hac maiori Philosophi, Senatores. Roges. 16 P. Egnatius falso testimonio circumuenit Baream Soranum amicum suum & discipulum sub Nerone. Tacitus 1 hist. alij de Heliodoro hoc intelligunt. 17 Fl. Cidni qui præterfluit Tarsum in Cilicia, cui nomen inditum à πάρος. cum hîc sive Perseo, sive Pegaso è Gorgonis Medusæ sanguine nato vnum è talaribus excidisset. 18 Adulatores Græci ex artificibus. *vti Protogenes ille Pictor.* ex carnificis. *hoc enim vult Diphilus Soni charus, vel Imperatori dilectus:* & delatoribus, *quod significat Erimantus histrionis nomen.* 19 Patroni vel Principis. 20 Græcæ, &c. 21 Quam est Romæ. 22 Vt salutet & comitetur patronum, cum magistratus per ministros sportulas Romæ. 23 Matronas, diuites & orbas. 24 Competogatis præripiant. Vide 1. Sat. v. 95. 25 Diuitis serui filius. i. libertinus à latere comitatur ingenuos quos titor sportulæ. 26 Diuitis serui filius. i. libertinus à latere comitatur ingenuos quos etiam opibus æquauit. *vel* filius ingenui comitatur à latere diuitem seruum, idque à sinistra, cedens illi viam.

Filius:

Filius: [26] *alter enim, quantum in legione Tribuni*
Accipiunt, donat Caluinæ, vel Catienæ,
Vt semel, atque iterum super illam palpitet: at [27] *tu,*
Cùm tibi vestiti facies scorti placet, hæres,
Et dubitas altâ Chionen deducere sellâ.
Da testem Romæ tam sanctum quam fuit [28] *hospes*
Numinius Idæi: procedat vel [29] *Numa, vel* [30] *qui*
Seruauit trepidam flagranti ex æde Mineruam:
Protinus ad censum, de moribus vltima fiet
Quæstio, quot pascit seruos, quot possidet agri
Iugera, quàm multâ magnâq; [31] *paropside cœnat?*
Quantum quisque sua nũmorum seruat in arca,
Tantum habet & fidei. *iures licet &* [32] *Samothracum,*
Et [33] *nostrorum aras, contemnere fulmina pauper*
Creditur atque Deos, Dys ignoscentibus ipsis.
Quid, quòd materiem præbet caussasq; iocorum
Omnibus hic idem? si fœda ac scissa lacerna,
Si toga sordidula est, & ruptâ calceus alter
Pelle [34] *patet: vel si consuto* [35] *vulnere, crassum*
Atque recens linum ostendit non vna [36] *cicatrix.*
Nil habet infelix paupertas durius in se,
Quàm quòd ridiculos homines facit. *exeat,* [37] *in-*
Si pudor est, & [38] *de puluino surgat equestri, (quit,*
Cuius res [39] *legi non sufficit, & sedeant hic*
Lenonum [40] *pueri quocunque in formice nati.*
Hic plaudat nitidi præconis filius, inter
[41] *Pinnirapi cultos iuuenes, iuuenesq; lanistæ.*
Sic libitum vano, qui nos distinxit, [42] *Otboni.*
[43] *Quis gener hic placuit censu minor, atque puellæ*

26 Ingenui enim filius, nepos, dum sportulam mendicat, nobilissimis tamen scortis non dubitat pro vna atque altera consuetudine donare, quantum tribuni ex stipendio accipiunt, rem disperdit.

27 Libertinus vero qui vestita, i. togata & plebeia contentus Venere, nobile & cella victum scortum conducere aut excipere hæret, ditescit.

28 Scipio Nasica vir optimus à senatu iudicatus simulachrum matris deûm ex Ida Phrygia aduectum hospitio excepit, domique suæ habuit, donec ei templum conditum foret.

29 Rex Romanus secundus, sanctissimus & iustissimus vir.

30 Lucius Metellus Pontifex, ex Vestæ templi incendio eripuit Palladium, ipse flammis coœratus est.

31 Patinæ, id est, quanto cum apparatu & sumptu.

32 Magnorum deorum. *Virgil.* Iouis Mineruæ, Mercurij, quos ex Samothracia Insula Aegei maris in Phrygiam Dardanus aduexit, ex Phrygia a Aeneas in Italiam.

33 Martis & Romuli. 34 Lacer hiat 35 Ruptura. 36 Consutæ vestigium. 37 Theatrarius designator, qui præest disponendis ordinibus in theatro. 38 Ex quatuordecim illis gradibus theatri 39 Roscia quæ cauet ne quis in numero equitum sit, qui 400 HS. non habeat redditum annuum nostræ monetæ, 312 5. l. 40 Filij vel serui hinc per malas artes coacti. 41 Retiarij (inquiunt interpretes) qui pilcum in galea Myrmillonis reti implicare appetebat. *rastrum*, gladiatoris qui Samnitis galeam pinna insignitam rapit. Lipsius. Saum. 42 L. Roscio Othoni qui tribunus tulit legem Roscianam de qua modò. not. 39.

43 Quis filiam pauperi elocat à

41 *Sar-*

44 Sarcinulis impar? quis pauper scribitur heres?
45 Quando in consilio est Ædilibus? agmine facto
Debuerant olim tenues 46 migrasse Quirites.
Haud facilè emergunt, quorum virtutibus obstat
Res angusta domi sed Romæ 47 durior illis
Conatus: 48 magno hospitium miserabile, magno
Seruorum ventres, & frugi cœnula magno.
Fictilibus cœnare pudet, quod turpe negauit
49 Translatus subitò ad Marsos, mensamq; 50 Sabellam,
Contentusq; illic 51 Veneto, 52 duroq; cucullo.
Pars magna Italiæ est, si verum admittimus, in quâ
Nemo togam sumit, 53 nisi mortuus. 54 ipsa dierum
Festorum, 55 herboso colitur si quando theatro
Maiestas, tandemque redit ad pulpita 56 notum
57 Exodium, cùm personæ 58 pallentis hiatum
In gremio matris formidat rusticus infans:
Æqualeis habitus illic, 59 similemq; videbis
59 Orchestram, & populum: clari velamen honoris,
60 Sufficiunt tunicæ summis ædilibus albæ.
61 Hîc vltra vires habitus nitor: hîc aliquid plus,
Quàm satis est, interdum 62 alienâ sumitur arcâ.
Commune id vitium est: hîc 63 viuimus ambitiosâ
Paupertate omnes. quid te moror? Omnia Romæ
Cum pretio quid das, 64 vt Cossum aliquando salu-
65 Vt te respiciat 65 clauso 66 Veiento labello? (tes?

44 Dotl seu ornatui mulebri.
45 Quando aduocatur in consilium etiam ab infimis magistratibus?
46 Coloniam eduxisse, vel secessisse, vt quondam in montem sacrum.
47 Longe durior est Romæ pauperibus processus ad dignitatem, immò conatus ad victum, quàm alibi.
48 Sup. constat.
49 Curius Dentatus qui frugaliter & parcè victitans aurum sibi à Samnitibus oblatum repudiauit, al. P. Corn. Scipio, conueniet magis si generaliter intelligatur.
50 Inter Sabinos vel Samnites qui victu modesti fuere.
51 Cœrulei coloris vi. I. C. Scal. Exerc. 325. sect. 10.
52 Crassi filii.
53 Græci palliatos, Itali togatos efferebant mortuos ad funus. ciues vero rustici ea tes ceu in municipijs agentes togam raro indnebant, tunicati vsque. Plin. epist 9. l. 9. Martial. 51. ep. 10. l. Quinc-

cata quiet! 54 Ordo est, si quando ipsa mai dierum festorum colitur theatro herboso, &c, videbis æqu. habit. 55 E viridi cespite vel theatro herbis & frondibus ornato. 56 Sæpe recitatum. 57 Diuerbium seu carmen quod tragœdis è scena egressis ab exodiarijs ad recreandum spectatorem subijciebatur. 58 Fæce vel colore squalido illitæ. σάμα κιχλώδες παλλιάτας, ὡς καταπεπόμφθαι τοῦ θεάτρου. Lucian. περὶ ὀρχήσεως. 59 Nec distinctas sedes & subsellia vt Romæ. Orchestra proprie est chori & saltatorum spatium, ab ὀρχέομαι. i. salto. 60 Alij non habent tun. albas; ædiles tantum.
61 Romæ vltra facultates. 62 Ex mutuato ære. vel conducta & mutuata veste.
63 Pauperes cum simus, diuites haberi volumus. 64 Vt admittaris ad salutandum nobilem. 65 Te non ore, vix nutu dignatus. 66 Fabritius Veiento, de quo Plin. & infra 6. Sat.

Hîc

Ille metit [67] *barbam, crinem hic deponit amati.*
Plena domus libis venalibus. [68] *accipe, & illud*
Fermentum tibi habe. præstare tributa clientes
Cogimur & cultis augere peculia seruis.
Quis timet, aut timuit [69] *gelidâ Prænestе ruinam,*
Aut positis nemorosa inter iuga [70] *Volsinijs, aut*
[71] *Simplicibus Gabijs, aut* [72] *proni Tiburis arce?*
Nos vrbem colimus tenui [73] *tibicine fultam*
Magnâ parte sui. nam [74] *sic labentibus obstat*
Villicus, & veteris rimæ contexit hiatum:
[75] *Securos pendente iubet dormire ruinâ.*
Viuendum est illic, vbi nulla incendia, nulli (fert
Nocte metus. iam poscit aquam, iam [76] *friuola transfert*
[77] *Vcalegon:* [78] *tabulata tibi iam tertia fumant,*
[79] *Tu nescis: nam si gradibus* [80] *trepidatur ab imis,*
Vltimus ardebit [81] *quem tegula sola tuetur*
A pluuiâ, molles vbi reddunt oua columbæ.
Lectus erat [82] *Codro* [83] *Proculâ minor: vrceoli sex,*
Ornamentum abaci: nec non & paruulus infra
Cantharus, & recubans sub eodem marmore [84] *Chei-*
Iamq; vetus Græcos seruabat cista libellos, (ron,
Et diuina [85] *Opici rodebant carmina mures.*
Nil habuit Codrus. quis enim negat? & tamen illud
Perdidit infelix totum nil: vltimus autem
Æsumnæ cumulus, quod nudum, & frusta rogantem
Nemo cibo, nemo hospitio, tectoq; iuuabit.
Si magna [86] *Asturi cecidit domus: horrida* [87] *mater,*
[88] *Pullati proceres, differt* [89] *vadimonia Prætor.*

67 Barbam serui, vel vbi deponit primæ barbæ lanuginem & crines pueri delicati, & domino dilecti, quæ numini alicui consecrare moris erat, vide quæ ad Martialis ep. 32. l. 1. eoque die festo celebrato clientes liba ex melle, farre, & oleo puero mittebant, quæ venderet & peculium inde sibi compararet.

68 Cum libis serm. i. seruoris & iræ causam, quòd non tantum patronis in Nuptijs, Natali, Opere nouo, sed & seruis eorum cogimur præst. trib.

69 Gelida vrbe Tusciæ, ab aquis frigidis & situ in monte.

70 Etruriæ oppid.

71 Non ornatis, vel Sexti Tarquinij dolo deprehensis.

72 In præcipiti positâ, & declui. Hor. 4. od. 4. lib. *Tibur supinum.*

73 Adminicule, sustentaculo.

74 Exilibus columnis & adminiculis subuenit ruentibus tecti.

75 Nos iubet securos dormire imminente vsque ruinâ.

76 Vilia quæque vasa ex incendio erepta. 77 Vicinus *Imitatio Virgiliana. Æneas de suo vicino. 2. Æneid. Iam proximus ardet Vcalegon.* 78 Contignatio tertia. **the third floore.** 79 Tu pauper qui condemnatus es cœnacula, **the garret, or cockloft.** 80 Ingruente incendio. 81 Qui in summo habitat cœnaculo. 82 Pauperi cuidam, *forte Poetæ illi rauco, de quo prima Sat.* 83 Vxore sua. 84 Effigies Chironis centauri è marmore sustinens abacum *vel* opus Chironis de Chirurgica. 85 Barbari & Opici pop. Campaniæ qui & Osci, per ludum a. mures vocat Opicos, qui Græcè nescientes libris Græc. non pepercerunt: vel liguritores, obscœnum n. liguritorem Eunom Ausonius Opicum magistrum vocat, *an*, mures terrestres.

86 Diuitis cuiuspiam. *forte legend. Arturi de quo supra vers* 19. 87 Roma vel mater Romanæ vt in publica calamitate. 88 Atrati lugent patres. 89 Sponsiones sistendi se & dictionem iuris.

Tunc

Tunc gemimus casus vrbis, tunc odimus ignem.
Ardet adhuc,& iam accurrit qui marmora donet,
Conferat impensas: hic nuda, & candida signa:
Hic aliquid præclarum Euphranoris, & Polycleti,
Phœcasianorum vetera ornamenta deorum.
Hic libros dabit, & forulos, mediamq; Mineruam:
Hic modium argenti. meliora, & plura reponit
*Persius orborum lautissimus, & * merito iam*
Suspectus, tanquam ipse suas incenderit ædes.
Si potes auelli Circensibus, optima Soræ,
Aut Fabrateriæ domus, aut Frusinone paratur,
Quanti nunc tenebras vnum conducis in annum.
Hortulus hîc, puteusq; breuis, nec reste mouendus
In tenues plantas facili diffunditur hausu.
Viue bidentis amans, & culti villicus horti,
Vnde epulum possis centum dare Pythagoræis,
Est aliquid quocunque loco, quocunque recessu,
Vnius sese dominum fecisse lacertæ.
Plurimus hic æger moritur vigilando: sed illum
Languorem peperit cibus imperfectus, & hærens
Ardenti stomacho. nam quæ meritoria somnum
Admittunt? magnis opibus dormitur in vrbe.
Inde caput morbi: rhedarum transitus arcto
Vicorum inflexu: & stantis conuicia mandræ
Eripiunt somnum Druso, vitulisq; marinis.

90 Dum ardet adhuc domus, præsto sunt, qui conferant ad nouas ædes, alius marmora, &c.
91 Effigies nudorum corporum è purissimo marmore.
92 Pictoris artificiosissimi
93 Statuarij celeberrimi.
94 Deorum, quos Phœcasij; sacerdotes Athenensium & Alexandrinorum à calceamentis candidis denominati coluerunt, vel deorum è Gracis latorum. Phœcasia, n. Hesych. rustica sunt calceamenta, quibus calceati pingebantur dij Græci & poni pro Phœcasiatorum vsu Turnebus li. 10. c. 27. quem vide.
95 Capsulas, armaria, repositoria.
96 Statuam Minervæ dimidiatam à vertice ad umbilicum vsque.
97 Fabius Persicus, vide Sat. 8. vers. 14. vel diuitis ficticium nomen à Persis, vel quòd hic Arcturus Perta fuerit.
* Vide Martialis ep. 91. l. 3.
98 Ludis circulibus
99 Oppid. Campaniæ in via Latina. 1 Tenebrosam domum Romæ. 2 In his oppidis. 3 Non profundus. 4 Agricolturæ. *bidens a, furca, vel rastri genus est.* 5 Oleribus à vesci labantur discipuli Pythagoræ, qui suos animatis abstinere docuit. 6 Agri aut horduli laborum domicilia. *Meson, contenti.* 7 Romæ. 8 Non concoctus. 9 Officinæ quæ mercede locantur, vel in quibus mechanici diurna nocturnaque plerunque opera victum merentur. 10 Magno constat precio domus à strepitu remota. vel impositum vicinis silentium vt quiescas. 11 Dum mulio verbere & verbo increpat mannam, i. mulorum multitudinem non progredientem. 12 Hom somnolento qualis erat Cl. Drusus Cæsar, alij legunt *somnos versis*, qui per dies bis septenos grani somno premuntur, vt ne vulneribus quidem excitari queant. Plin. l. 8. c. 36. 13 Phocis, quæ altissimè dormiunt,

14 Si vocat officium: turba cedente vehetur
Dives, & ingenti curru super ora 15 Liburno,
Atque obiter leget aut scribet, vel dormiet intus.
Namque facit somnum clausâ lectica fenestrâ.
16 Ante tamen veniet. nobis properantibus obstat
17 Vnda prior: magno populus premit agmine lumbos
Qui sequitur: ferit hic cubito, ferit 18 assere duro
Alter: at hic tignum capiti incutit, ille 19 metretam.
20 Pinguia crura luto: plantâ mox undique magnâ
Calcor, & in digito 21 clauus mihi militis 22 hæret.
Nonne vides quanto celebretur 23 sportula 24 fumo?
Centum 25 conuiuæ. sequitur sua quemque 26 culina.
27 Corbulo vix ferret tot vasa ingentia, tot res
Impositas capiti, quot recto vertice portat
Seruulus infelix, & cursu ventilat 28 ignem.
Scinduntur tunicæ sartæ, modò longa 29 coruscat
30 Sarraco veniente abies, atque altera pinum
Plaustra vehunt, nutant altè, populóque minatur.
Nam si procubuit, qui saxa 31 Ligustica portat
Axis, & euersum fudit super agmina 32 montem,
Quid supereſt de corporibus? quis membra, quis ossa
Inuenit? 33 obtritum vulgi perit omne cadauer
More animæ. 34 domus interea secura patellas
Iam lauat, & buccâ foculum excitat, & sonat undis
35 Striglibus, & pleno componit lintea 36 gutto.
Hæc inter 37 pueros variè properantur: at 38 ille
Iam sedet in 39 ripâ, tetrumq; nouicius horret
40 Porthmea, 41 nec sperat 42 cœnosi gurgitis 43 alnum

14 Si dives vocatus sit ad aliquod officium publicum aut priuatum.
15 Alta lectica, instar nauis liburnæ, vel lectica à proceris è Liburnia seruis lecticarijs vecta.
16 Quò volet citius quàm nos, quibus in via non ceditur, vt illi.
17 Populi & turbæ quasi fluxus & refluxus.
18 Amite lecticæ.
19 Mensuram, vas magnum.
20 Cœnosa sunt.
21 Caligæ clauis ornata & infixa.
22 Figitur mihi in digito.
23 Cœna in sportula, non C. quadrantes ἐστὶν ὁ ἀπὸ ἀμυριδίου.
24 Igni in calefactorio subiecto obsonijs ne intepescant, vel studio & festinatione.
25 Qui sportulam accipiunt.
26 Focus & supellex.
27 Vir robustus & validus tempore Neronis.
28 Quem obsonijs subiectum capiti impositum portat.
29 Trepidat, vacillat. ita Seneca epist. 90. longo vehiculorum ordine pinus aut abies deferebatur, vicis intrementibus. 30 Plaustro. 31 E Liguria in Apenninis mont. 32 Ingens saxum è monte excisum. 33 Corpus minutatim & in frusta concisum non apparet, sed euanuit vt anima. 34 Famuli expectantes aduentum serui qui cœnam petebat, nihil de morte eius cogitantes apparant balneum. 35 Ad sudorem abstergendum, pro strigilibus, cum strigil breuis sit. 36 Gutto olei pleno, quod lotis iamque siccis superfundebatur. 37 Famulos domi expectantes puerum cum sportula. 38 Seruulus saxi mole obtritus. 39 Acherontis, seu Stygis. 40 Charontem, portitorem. 41 Cui inhumato & inopi non ante annos C. transvehi licet. 42 Stygis. 43 Cymbam Charontis.

Infœlix

Infelix, nec habet quem porrigat [44] *ore trientem.*
Respice nunc alia, ac diuersa pericula noctis:
[45] *Quod spatium tectis sublimibus, vnde cerebrum*
Testa ferit, quoties rimosa, & [46] *curta fenestris*
Vasa cadunt, quanto percussum pondere signent,
Et lædant silicem. possis [47] *ignauus haberi,*
Et subiti casus improuidus, ad cœnam si
[48] *Intestatus eas: adeò tot fata, quot illâ*
Nocte patent [49] *vigiles, te prætereunte, fenestræ.*
Ergo optes, votumq; feras miserabile tecum
Vt sint contentæ [50] *patulas defundere pelues.*
Ebrius ac petulans, qui nullum fortè cecidit,
[51] *Dat pœnas, noctem patitur lugentis amicum*
[52] *Peleidæ, cubat in faciem, mox deinde supinus:*
Ergo [53] *non aliter poterit dormire.* quibusdam
Somnum rixa facit: *sed quamuis improbus* [54] *annis,*
Atque mero feruens, [55] *cauet hunc, quem coccina*
[56] *læna*
Vitari iubet, & comitum longissimus ordo,
Multum præterea flammarum, & [57] *aënea lampas.*
Me, quem [58] *Luna solet deducere, vel breue lumen*
Candelæ, [59] *cuius dispensо & tempero filum,*
Contemnit, miseræ cognosce proœmia rixæ,
Si rixa est, vbi tu pulsas, ego vapulo tantùm.
Stat contrà, starique iubet: parere necesse est.
Nam quid agas, cùm te furiosus cogat, & idem
Fortior? vnde venis? exclamat. [60] *cuius aceto,*
Cuius [61] *conche tumes?* [62] *quis tecum sectile porrum*
Sutor, & [63] *elixi vernecis labra comedit?*
Nil mihi respondes? aut dic, [64] *aut accipe calcem.*

44 Quem mortuorum oti inferre solebant Græci, naulum sc. & stipem Charontis.
45 Quantum spacium sit à tectis subl. & cœnaculis ad terram? tantum sane periculum est à testis quas nocte dejecerint ruptas.
46 Fracta.
47 Tui negligens, incautus.
48 Non condito prius testamento.
49 Inquilinis adhuc vigilantibus.
50 Sordes emittere quæ in vasis sunt, & non ipsa vasa, vt vrina potius conspergaris quam ipsa testis dejectis occidaris.
51 Disceruiatur, quia nihil sceleris admiserit, quia neminem verberarit.
52 Achillis lugentis Patrocli necem, nec quietem admittentis. Iliad. Hom. 9. vers. 192.
53 Non sine contumelia & rixa. Non dormiunt, inquit Sapiens, nisi male fecerint, & nisi alios supplantauerint. *Sueton. de Nerone & Othone idem refert idem Dio & Xiphilin & Tacit. Annal.* 13.
54 Iuuenilibus.
55 Euitat diuites, senatorem, magistratum. 56 Veneris accubitoria. Pers. 1. Sat. 32. v. 57 Quæ tribunis præferebatur. 58 Lunæ lumen. 59 Cuius funiculum dispono, ne citius absumatur aut extinguatur. 60 Vbi cœnatus es cibis vilissimis impletus? 61 Fabis in siliquis coctis, ijsque non oleo inunctis, sed aceto conspersis? 62 Quinam sordidus conuiuæ tecum vnâ cœnabat? 63 Caput vervecinum. 64 Aut ego te procisecabo.

[65] *Ede vbi consistas? in quâ te quæro* [66] *proseucha?*
Dicere si tentes aliquid, tacitúsve recedas,
Tantundem est: feriunt pariter. [67] *vadimonia deinde*
Irati faciunt. libertas pauperis hæc est,
Pulsatus rogat, & pugnis concisus adorat,
Vt liceat [68] *paucis cum dentibus inde reuerti.*
Nec tamen hoc tantum metuas: nam qui spoliet te
Non deerit: clausis domibus, postquam omnis vbique
Fixa [69] *catenatæ siluit compago tabernæ.*
Interdum & ferro subitus [70] *grassator agit rem,*
Armato quoties tutæ custode tenentur
Et Pontina palus, & Gallinaria pinus.
Sic inde huc omnes tanquam [72] *ad viuaria currunt,*
Qui fornace graues, [73] *qua non incude catenæ?*
[74] *Maximus in vinclis ferri modus: vt timeas,* [75] *ne*
Vomer deficiat, ne marræ & sarcula desint,
Felices proauorum atauos, felicia dicas
Secula, quæ quondam sub regibus atque tribunis
Viderunt [76] *vno contentam carcere Romam.*
His aliàs poteram, & plures subnectere causas:
Sed [77] *iumenta vocant, & sol inclinat: eundum est.*
Nam mihi commotâ iam dudum mulio virgâ
Innuit. ergo vale nostri memor, & quoties te
Roma [78] *tuo* [79] *refici properantem reddet* [80] *Aquino:*
Me quoque ad [81] *Heluinam Cererem,* [82] *vestramq;*
Dianam
[83] *Conuelle à Cumis: satyrarum ego, ni* [84] *pudet illas,*
Adiutor gelidos veniam [85] *caligatus in agros.*

65 Dic vbi habites? in qua proseucha te conuenire possim vbi opus erit.
66 Proprie est precatio, sumitur & pro fanis ludæorum, hic pro ponte, crepidine, ceu alio loco vbi stipem mendici efflagitabant.
67 Se iniuria læsos simulantes à te vadem exigunt vt adsis in iudicio.
68 Non in totum excussis tibi dentibus.
69 Catenis firmatæ, aduersus expilatores, vel petulantes, qui tabernas noctu effringere solebant. & in his, ipsum Neronem, vide Sueton. Neron. c. 26. & Tacit Annal. 13.
70 Latro.
71 Quoties dispositis ibi custodijs è Ponte, palude & sylua Gallinaria locis latrocinio aptis arcentur grassatores.
72 Ad escam facilem & paratam, vel ad profugium & receptum.
73 Sup. conficiuntur.
74 Maxima copia ferri absumitur in vinculis fabricandis.
75 Ne non fit ferrum vnde fiant instrumenta rustica.
76 Tullisno solo, quod extruxit Hostilius Tullus. 77 Muli qui cum longè præcesserunt monent me vt sequar. 78 Tuâ patriâ, ô Iuuenalis. 79 Vrbis tædio propere cupientem recreari. 80 Oppido Volscorum in via Latina. 81 Templum Eluinæ Cereris quod Aquini est. Ceres a Eluina dicitur à fonte Eluino quod eluat, vel Heluina, i. flaua, qui spicarum color est. 82 Quam vos colitis. 83 Accersè. 84 Mei auxilij, vtpote poetæ non satis boni: qui tamen vrbis vitia detestatus, acriter & audacter in illa vehitur iambi. 85 Velut audax miles adiutor satyrarum. vel rectus aduersum frigus.

SATY-

SATYRA IIII.

A libidine & luxuria Crispini, sumpta occasione describendi ridiculum quoddam Domitiani super rhombo piscе concilium, Senatorum in hanc rem sententias lepidè & falsè exponit.

Ecce[1] *iterũ Crispinus, & est mihi sæpe vocandus*
Ad partes[2]*, monstrum*[3] *nulla virtute redemptũ*
A vitijs,[4] *æger, solaq́, libidine fortis,*
Delicias[5] *viduæ tantùm aspernatur adulter.*
Quid refert igitur quantis[6] *iumenta fatiget*
Porticibus, quanta[7] *nemorum vectetur in vmbra,*
Iugera quot vicina foro, quas emerit ædes?
Nemo, malus felix,[8] *minimè corruptor, & idem*
Incestus, cum quo nuper[9] *vittata iacebat*
Sanguine adhuc viuo terram subitura sacerdos.[10]
Sed nunc[11] *de factis leuioribus: & tamen alter*
Si fecisset idem, caderet sub[12] *iudice morum.*
Nam quod turpe[13] *bonis, Titio, Seriоq́, decebat*
Crispinum. quid agas, cum dira & fœdior omni
Crimine persona est? mullum[14] *sex millibus emit*
Æquantem sanè paribus sestertia libris,[15]
Vt perhibent,[16] *qui de magnis maiora loquuntur.*
Consilium laudo artificis, si munere tanto[17]
Præcipuam in tabulis ceram senis abstulit orbi.[18]
Est ratio vlterior, magnæ si misit amicæ;
Quæ vehitur clauso[19] *latis specularibus antro.*
Nil tale exspectes, emit[20] *sibi: multa videmus*
Quæ miser & frugi non fecit[21] *Apicius. hoc tu*

1 Namque eius & in prima Satyra memineram.
2 Vt partes agat in his meis Satyris.
3 Perditè vitiorum ferunt, quem nulla virtus commendat, ornatve.
4 Ad resistendum vitiis, ad virtutes amplexandas pusillus: ad libidines aliásque vitia fortis.
5 Voluptatis gratiâ mœchator, non inceri, vt qui vidnas sectantur anatas.
6 Mulos in essedo iunctos, quibus in gelidis gestationibus vehitur & porticibus cum pluit. Vide Sat. 7. v. 178.
7 Viridariorum & hortorũ Plin. ep. 17. l. 1. Vide Lips. ep. 11. centuriæ Miscellan.
8 Crispinus ergo infelicissimus, qui corruptor.
9 Vestalis virgo, Vestæ sacra, vitis caput redimita.
10 Incesti conuicta terrâ obruenda viua, ex instituto Numæ Pompilij.
11 Supp. querimur.
12 Domitiano qui (Sueton. Dom. c. 8.) censoria correpta virga in Corneliam Maximillam, Vestalem, eiusque stupratores severissimè animadvertit. Plin. epist. 11. l. 4.
13 Bonis ciuibus.
14 Supp. nummũm, h. e. xlv. lib. postræ monetæ. Plin. epist. 11. l. 4.
15 Sex libras pendebat piscis. (ex millibus nummũm emebatur.
16 Adulatores, qui facta verbis adaugent.
17 Si tanti mullum emerit quo captaret hereditatem aut locupletis fœminæ iniret amorem, excusandus est Crispinus.
18 Primam hereditatem in tabulis senis.
19 Fenestris lectiæ è lapide speculari.
20 In suam gulam.
21 Iustamenti ceratis.
Luxuriosissimus, & omnium nepotum altissimus gurges. Plin. epist. 3. l. 2. frugi tamen si cum Crispino conferatur. Vide Senec. ep. 95.

Succinctus [22] *patria quondam Crispine papyro,*
Hoc pretium [23] *squammæ? potuit fortasse minoris*
Piscator, quàm piscis emi. prouincia tanti
Vendit agros: sed maiores Apulia vendit.
Quales tunc epulas ipsum glutisse putemus
[24] *Induperatorem:* [25] *cum tot sestertia, partem*
Exiguam, & modicæ sumptam de magine cœnæ
Purpureus magni [26] *ructaret scurra Palati;*
[27] *Iam princeps equitum, magna qui voce solebat*
Vendere [28] *municipes* [29] *fracta de merce siluros?*
[30] *Incipe Calliope, licet hic considere:* * *non est*
Cantandum res vera agitur, narrate [31] *puellæ*
Pierides: prosit mihi vos dixisse puellas.
Cum iam semianimum laceraret [32] *Flauius orbem*
[32] *Vltimus. &* [33] *caluo seruiret Roma Neroni,*
Incidit [34] *Hadriaci spacium admirabile rhombi*
Ante [35] *domũ Veneris, quã* [36] *Dorica sustinet Ancon,*
Impleuitq; [37] *sinus, neque enim minor hæserat illis,*
Quos operit glacies [38] *Mæotica, ruptaq; tandem*
[39] *Solibus effundit* [40] *torpentis ad* [41] *ostia Ponti*
Desidia tardos, & longo frigore pingues.
Destinat hoc monstrum [42] *cymbæ, liniq; magister*
[43] *Pontifici summo: quis enim* [44] *proponere talem,*
Aut emere auderet? cùm plena & litora multo
Delatore forent: dispersi protinus [45] *algæ*
Inquisitores agerent cum [46] *remige nudo,*
Non dubitaturi fugitiuum dicere piscem,
Depastumq; diu viuaria Cæsaris, inde
Elapsum veterem ad dominum debere reuerti.

22 AEgyptiaca. fuit n. Crispinus verna Canopi. Sat. 1. & papyrus est herba palustris, quæ in AEgypto multa nascitur, ex qua texuntur nauigia, funes, tegetes, stragula, veste, &c.

23 Piscis squammosi?

24 Domitianum, cuius cœnæ—

25 —Extrema & vilissima pars æ quabat hunc sumptum Crispini.

26 Ad ructationem vsque ingurgitaret aulicus parasitus Crispinus.

27 Iam magister equitum factus, qui

28 Per municipia. *vel* AEgyptios & conterraneos, vt supra, patriâ Papyro. in Nilo n. natant, & Alexandriæ væneunt viles hi pisciculi.

29 E fracto vase, *vel* ex alienâ merce surreptas.

30 Facete in re ridicula musas inuocat, quasi rem arduã aggressurus sit

* Non est fabulandum.

31 Musæ ex Pierio monte Thessaliæ vel regione Macedoniç. & mihi vel ob hoc sitis propitiæ, quòd vos dixerim *puellas* **girles.** quæ tamen non potestis non esse vetulæ, ab antiquissimis poetarum vsque inuocatæ. 32 Familiæ Plautiorum. 33 Per omnia vitia Nero alter, caluus insuper erat. *sic Ausonius. Quem dixit caluum sua Roma Neronem.* 34 In mari Adriatico nutriti & capti. 35 AEdem Ven. 36 A Græcis condita qui Syracusis aduenerant, Dionysij tyrannidem fugientes. 37 Retia. 38 In Mæotide palude. 39 Solis calore æstiuo. 40 Segniter fluentis. 41 Mæotidis exitus in Pontum Euxinum. 42 Piscator. 43 Domitiano, quasi Pontifex maximus erat sacerdotum quos instituerat Albæ. vide Sat. 1. vers. 112. 44 Venum. 45 Rerum etiam leuissimarum, vt algæ, delatores. 46 Piscatore pauperc.

Si quid [47] *Palphurio, si credimus* [47] *Armillato,*
Quicquid conspicuũ, pulchrumq́, ex æquore toto est,
Res fisci est, vbicunque natat. [48] *donabitur ergo,*
[49] *Ne pereat, iam* [50] *letifero cedente pruinis*
Autumno, iam quartanam [51] *sperantibus ægris.*
Stridebat deformis hyems, prædamq́, recentem
Seruabat, tamen hic properat, velut vrgeat [52] *Auster.*
Vtq́ [53] *lacus superant, vbi quanquam* [54] *diruta seruat*
Ignem Troianum, & Vestam colit Alba [55] *minorem,*
Obstitit intranti miratrix turba parumper,
Vt cessit, facili patuerunt cardine valuæ.
Excluſi expectant admissa [56] *obsonia* [57] *patres.*
Itur ad [58] *Atriden, tunc* [59] *Picens accipe dixit*
Priuatis maiora focis, [60] *genialis agatur*
Iste dies, propera stomachum [61] *laxare saginis,*
Et tua seruatum consume in secula rhombum.
Ipse capi voluit. [62] *quid apertius? &* [63] *tamen illi*
Surgebant cristæ: nihil est, quod credere de se
Non possit, cum laudatur [64] dijs æqua potestas.
Sed deerat pisci [65] *patinæ mensura: vocantur*
Ergo in concilium proceres, quos oderat ille,
In quorum facie miseræ, [66] *magnæq́, sedebat*
Pallor amicitiæ. primus [67] *clamante Liburno,*
[68] *Currite, iam sedit,* [69] *rapta properabat abolla*
[70] *Pegasus, attonitæ positus modo villicus vrbi.*
[71] *An ne aliud tunc præfecti? quorum optimus, atque*
Interpres legum sanctissimus: omnia quanquam
Temporibus diris tractanda putabat [72] *inermi*

47 Consulati delatori.
48 Quod retineri non potest, *inquit Piscator*, donabitur libenter & cito.
49 Fisco, per delatores. *vel* ne corrumpatur & computrescat.
50 Sub fine Autumni morbosi in hyemem vergentis.
51 Timentibus. laborat tamen Ptol. Flauius 17. cap. coniect. tueri genuinam & propriam verbi significationem, vt cupiant ægri febres suas in quartanas mutari, quæ vt Celsus scribit neminem iugulant. Verùm non persuadet.
52 Quo flante, aer calidus ambiens corrumpit pisces & carnes.
53 Vbi iam piscatoribus delatoribus comitatus locus sub mœnibus Albæ superarat.
54 A Tullo Hostilio.
55 Ignem perpetuum & inextinctum custodiendum, à Troianis receptum morem hunc Tullus Hostilius Romam transtulit. prodigijs vero monitus Albæ reddidit, vbi tamen consecratur Vestæ, minore cum religione, quàm Romæ. 56 Rhombum. 57 Senatores, qui in Albano erant cum Imperatore. 58 Domitian. Imperatorem Rom. vt fuit Agamemnon Græcorum. 59 Piscator ex agro Piceno, qui mari Adriatico adiacet. 60 Lætus vt natalis quo indulgetur Genio. *vide* 2 *Sat. Persii, vers.* 1. 61 Solue te, enacuare, vt has delicias capiant. *vel*, laxa. i. extendere his delicijs. 62 Quid apertius, *inquit Poeta*, hac adulatione piscatoris? 63 Domitianus tamen hinc intumuit. 64 Reges & principes. Domitianus supra omnes alios, qui *Dominus & Deus noster* appellari voluit. 65 Capax piscis integri patina. 66 Imperatoriæ. 67 Præcone è Liburnia oriundo in concilium vocante. 68 O Proceres (clamat præco) sedit 69 Præcone ipse Imperator. 69 Veste festinanter arrepta. 70 Iurisconsultus laudatissimus, præfectus vrbi à Vespasiano. 71 Neque enim sub auaro principe Vesp. fuerunt præfecti aliod quàm villici, qui omni ratione omnia vndecunque corradebant. & tamen ex his Pegasus erat optimus &c. 72 Debili & languida, principis quippe sæuitiam veritus est.

Iuſtitia venit & [73] Criſpi iucunda ſenectus
Cuius erant mores qualis facundia, mite
Ingenium. maria, ac terras, populoſq; [74] regenti
Quis comes vtilior, ſi clade, & [75] peſte ſub illa
Sæuitiam damnare, & honeſtum aſſerre liceret
Conſilium? ſed quid violentius aure tyranni?
Cum quo [76] de pluuijs, aut æſtibus, aut nimboſo
Vere locuturi fatum pendebat amici.
Ille igitur nunquam direxit brachia contra
[77] Torrentem, nec ciuis erat, qui libera poſſet
Verba animi proferre, & vitam impendere vero.
Sic multas hyemes, atque [78] octogeſima vidit
Solſtitia, [79] his armis, illa quoque tutus in aula.
Proximus eiuſdem properabat Acilius æui
Cum [80] iuuene indigno, quē mors tam ſæua maneret,
Et domini gladijs iam deſignata: ſed olim
Prodigio par eſt in nobilitate ſenectus.
Vnde fit, vt mollem [81] fraterculus eſſe gigantem.
[82] Profuit ergo nihil miſero, quòd comminus [83] vrſos
Figebat Numidas, [84] Albana nudus arena
Venator. quis enim iam non intelligat artes
Patritias? quis priſcum illud miretur [85] acumen
Brute tuum? facile eſt [86] barbato imponere regi.
[87] Nec melior vultu quamuis ignobilis ibat
[88] Rubrius, [89] offenſæ veteris reus, atque tacendæ.
Et tamen [90] improbior [91] Satyram ſcribente cinædo.
[92] Montani quoque venter adeſt abdomine tardus.
Et [93] matutino ſudans Criſpinus [94] amomo,

73 Ctiſpus ſenex iucundus, vt ἐφθὸν μέτρος Αλκιβιάδου, ἐς τὸν λεμέχθιον, *ſapientia Lelij* &c. Vibium Criſpum alij ſic intelligunt, alij Paſsienum, vtrunque iucundum quidem. Quintilian. l. 10. c. . & l. 6. c. 2. Sueton. in Nerone. Tacit. ad cuius Annal. 13. l. vide quæ Lipſius pro Paſsieno & Torrentius pro Vibio ad noſtrum hunc.

74 Imperatori.

75 Domitiano.

76 De rebus inincundis vtcunque leuibus loqui, periculoſum & lethale erat.

77 *Metaph.* impetuoſam Domitiani violentiam.

78 Æſtiua vel brumalia, i. e. octoginta annos.

79 His cautis artibus.

80 Filio ſuo Domitio, *vt nonnulli autumant, nec tamen conſtat quis fuerit iſte iuuenis.*

81 Ignobilis, obſcurus, vt filij terræ. Gigas n. à γῆ γενέσθαι & γῆ.

82 Iuueni nil prof. ſimulata ſtultitia.

83 Leones neque n. habet ſicca & arida Numidia vrſos qui frigidis gaudent, teſte Plinio, lib. 8. cap. 36. Sed & Romani veteres rudes ex Africa adnectos leones obuia & nota voce vrſos dixere. vide Lipſ. 2. Elector. cap. 4.

84 Theatro in Albano vbi quotannis Domitianus quinquatria Minervæ celebrans feras conficiendas exhibuit.

85 Qui cum videres inter alios nobiles & fratrem tuum occidi ſimulatâ ſtoliditate effugiſti crudelitatem auunculi tui Tarquinij ſuperbi.

86 Priſco, rudi, & ſimplici, non Domitiano æque.

87 Nec latior, æque pallidus licet non æque nobilis.

88 Rubrius Gallus.

89 Quod Tibiam in pueritia corruperat, *vt quidam volunt, & videtur ex ſequentibus.*

90 Maledicentior caſtigator. *vel* nequior.

91 Neronē qui probroſo carmine lacerauit Quintianum vt mollem & effœminatum.

92 Montanus Cortius ventricoſus.

93 Quo ſingulo mane vngitur. *vel* quod ſub ſole matutino, i. oriente naſcitur.

94 Vnguento ex floribus amomi.

95 *Quantum*

Quantum vix redolent duo funera, ſeuior illo
Pompeius tenui iugulos aperire ſuſurro.
Et qui vulturibus ſeruabat viſcera Dacis
Fuſcus marmorea meditatus prælia villa.
Et cum mortifero prudens Veiento Catullo,
Qui nunquam viſæ flagrabat amore puellæ,
Grande, & conſpicuum noſtro quoque tempore monſtrum,
Cæcus adulator, diruſq; à ponte ſatelles,
Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes,
Blandaq; deuexæ iactaret baſia rhedæ.
Nemo magis rhombum ſtupuit, nam plurima dixit
In leuum conuerſus: at illi dextra iacebat
Bellua. ſic pugnas Cilicis laudabat, & ictus,
Et pegma, & pueros inde ad velaria raptos.
Non cedit Veiento, ſed vt fanaticus æſtro
Percuſſus Bellona tuo diuinat, & ingens
Omen habes, inquit, magni, clariq; triumphi,
Regem aliquem capies, aut de temone Britanno
Excidet Aruiragus, peregrina eſt bellua, cernis
Erectas in terga ſudes? hoc defuit vnum
Fabricio, patriam vt rhombi memoraret, & annos.
Quid nam igitur cenſes, conciditur? abſit ab illo
Dedecus hoc, Montanus ait, teſta alta paretur,
Quæ tenui muro ſpatioſum colligat orbem
Debetur magnus patinæ, ſubituſq; Prometheus.

95 Quantum impenditur funeribus duorum diuitum, ceu reſpicias odores funeri impenſos ad fœtorem vltrinæ emendandum, cui & romana ad corpora perungenda vel oſſibus & cineribus miſcenda.

96 Pompeius Ruffus ſeuior aperire. *Hellenismus.*

97 Iugulare tenuis tecta delatione.

98 Anibus cadauera vorantibus immò præſagientibus.

99 Cornelius Fuſcus à Domitiano præfectus prætorio miſſus eſt contra Dacos, à quibus magna acceptâ clade occiſus eſt.

1 Inexercitatus & imperitus è delicijs & otioſa armorum meditatione ad bellum præfectus.

2 Fabritius Veiento, &—

3 —Catullus Meſſalinus. Cuius ingenio ſæuo & malum cœcitatis additum. Qui à Domitiano ſæpius non ſecus ac tela, quæ & ipſa cœca & improuida feruntur, in optimum quemque torque-

batur. Plin. epiſt. 22. l. 4. 4 Nempe cœcus, & tamen amauit quod non viderat. 5 A ponte, in quo ſedent ſtipem mendicantes, nequitiam effrontem tuliſſe videtur, dignior fame ponte quàm aula principis. 6 Aſſeclæ & conſiliarius principis. 7 Qui mendicat à curru præteruectis clinum Aricinum in Appiâ viâ, vbi ſedent mendici. 8 Verba, preces, oſcula ipſa. 9 Quàm hic Catullus. 10 Quas tamen non videbat. 11 Gladiatoris è Ciliciâ, Aſiæ minoris regione, *Turcomania*, vel more Cilicis armato. 12 Ea arte fabricatum vt per ſe ſurgeret, & in ſublime creſceret. J. C. Scal. 1. Poet. c. 1. vide quæ ad Martial. ep. 2. l. ſpectac. 13 Ab hoc pegmate in alta theatri velamina. videtur repræſentatus fuiſſe Ganymedes ab aquila raptus. 14 Numine afflatus, vt Minervæ ſacerdotes. 15 Proprie inſectum eſt, quod & tabanus & aſilus appellatur, armenta vexans & in fugam ſtimulans. Item agens. ſumitur pro furoris ſtimulo à numine incuſſo. 16 O Minerua bellipotens dea. 17 Curru aut imperio. 18 Rex Britannorum. 19 Spinas, pinnas, *Catachreſis*. 20 An itaque, *inquit Imperator*, concidendum in fruſta cenſes piſcem? 21 Circulu lateum. 22 Opus eſt perito aliquo figulo, qualis fuit Prometheus qui homines è luto finxiſſe dicitur.

Argillam, atque rotam citius properate: sed ex hoc
Tempore iam Cæsar figuli tua castra sequantur.
Vicit digna viro sententia. nouerat ille
Luxuriam [23] *imperij veterem,* [24] *nocteſq; Neronis*
Iam medias, [25] *aliamq; famem, cum pulmo* [26] *Falerno*
Arderet. nulli maior fuit [27] *vſus edendi*
Tempeſtate mea, [28] *Circeis nata forent, an*
[29] *Lucrinum ad ſaxum,* [30] *Rutupinóve edita fundo*
Oſtrea callebat primo deprendere morſu.
Et ſemel aſpecti litus dicebat [31] *echini.*
Surgitur, & miſſo proceres exire iubentur
Concilio, quos Albanam [32] *dux magnus in arcem*
Traxerat attonitos, & feſtinare coactos,
Tanquam [33] *de Catthis aliquid, *toruiſq;* [34] *Sicambris*
Dicturus: tanquam diuerſis partibus orbis
[35] *Anxia* [36] *præcipiti veniſſet epiſtola* [36] *penna.*
Atque vtinam his potius nugis tota illa dediſſet
Tempora ſæuitiæ, [37] *claras quibus abſtulit vrbi*
[37] *Illuſtreſq; animas impune, &* [38] *vindice nullo:*
[39] *Sed peryt poſtquàm cerdonibus eſſe timendus*
Cœperat, hoc nocuit [40] *Lamiarum cæde madenti.*

23 Imperatorum.
24 Epulas Neronis, de media die in mediam noctem protractas.
25 Incitamenta ſtomachum reficientia & appetitum procurantia.
26 Ardente vino & è Falerno monte.
27 Peritia in ciborum delectu.
28 Rupibus ad montem Circeum in litore Campaniæ.
29 Scopulum in lacu Lucrino.
30 Promontorium & litus, à Rutupijs oppido Cantiorum in Britannia dictum. Ang. Richbur-row.
31 Piſcis marini è genere cancrorum.
32 Imperator Domitianus.
33 De bello aduerſus Catthos pop. Germaniæ, nunc *Haſſos* dictos.

* *Tortis* hîc reponunt quidam, ſed tortè τὸν ἐμοὶ δοκοῦντα. Neque enim hîc de crine, vt Sat. 13 aut ep. 3. Martialis, ſed de terrore è ſeroci pop. 34 Pop. item Germaniæ qui hodie *Gueldrienſes* dicuntur *al. Franken.* 35 Anxietatis index vel anxios reddens. 36 Subito vel triſti nuntio, hoc n. ſignificat pennata epiſtola, vt contrà laureata lætitiam. *alij* de auibus literas geſtantibus nihil ad rem. *alij* ad veredarios reſpiciunt qui pennam in capite geſtabant velocitatis ſymbolum. vel vt transfert Ariſtides, ὁ πτερὸς ἐπὶ ἀετοῦ ἐπὶ πλοίων φερόμενον. in Panegyrico Romæ. 37 Viros nobiles. 38 Nemine nobilium vindictam auſo. verùm quum in ignobiles crudelitatem exercere cœpit ab iis occiſus eſt. 39 Sæuitia in plebem exitio fuit Domitiano mad. eæde— 40 —Nobilium, inter quos & Ælium Lamiam nobiliſſimæ fam. virum interfecit.

SATY-

SATYRA V.

Parasitum à cœnis diuitum dehortatur, in quibus contemptim miserè & contumelioſè tractato non liceat frui nedum tangere delicias, quæ ipsis diuitibus apponuntur. vide Luciani epist. ἐγὼ κρόνῳ χαίρειν.

SI te propositi nondum pudet, atque eadem est mens
Vt bona summa putes, aliena viuere quadra:
Si potes illa pati, quæ nec [1] *Sarmentus iniquas*
Cæsaris ad mensas, nec vilis [2] *Galba tulisset,*
Quamuis iurato metuam tibi credere testi. [3]
Ventre nihil [4] *noui frugalius.* [5] *hoc tamen ipsum*
Defeciſſe puta, quod inani sufficit aluo.
Nulla [6] *crepido vacat? nusquam pons, &* [8] *tegetis* [7]
Dimidia breuior? tantine iniuria cœnæ? [9] (pars
Tam [10] *ieiuna fames? cum* [11] *possis honestius illic*
Et [12] *tremere, &* [13] *sordes farris mordere canini?*
Primo fige loco, quod tu discumbere iussus
Mercedem solidam veterum capis officiorum.
*Fructus amicitiæ magnæ * cibus: imputat hunc* [14]
[15] *rex,*
Et quamuis rarum, tamen imputat. ergo duos post
Si libuit menses neglectum adhibere [16] *clientem,*
Tertia ne vacuo cessaret culcitra lecto, [17]
Vnà [18] *simus ait: votorum summa, quid vltrà*
Quæris? [20] *habet Trebius propter quod rumpere somnum*
Debeat, & [21] *ligulas dimittere, solicitus* [22] *ne (num*

1 Eques Romanus, scurra nobilis, Cæsaris Augusti tempore. de quo Hor. 5. Sat. 1. lib.
2 Alter scurra Cæsaris.
3 Licèt iures te nec pudere propositi abiesti, nec tædere harum iniuriarum, credere tamen nolim.
4 Natura ventris paruo contenta est.
5 Finge tamen illud parum non suppetere.
6 Nulla caverna, nullus pons vacat vbi liberè potius mendices quàm æque miseram vitam agas seruiliter adulando?
7 Propriè litoris vel ripæ ora quam aqua alluit hîc locus eminens vel caverna in muro vel ripâ, vbi sedent mendici, vt in pontibus.
8 Minor pars tegetis, qua mendici se tegunt. Sat. 9. *A tegete & baculo.* 9 Tantine æstimas cœnam illam qua tot iniurias pateris? 10 Tantine cœna vnde ieiunus surgis? vel Tantine cœnam æstimas, vt ob illam has patiare iniurias. 11 Alij legunt *postis*, vt conflet carmen. 12 Frigore horrere. 13 Sordidum caninum panem è farre. * A meales meate.
14 Imputat tibi satisfactum & relatum. 15 Dives patronus. 16 Te. 17 Vt sit qui tertiam culcitram suppleat in lecto quo discumbitur ad cœnam. 18 Cœnemus, sic Chremes Terentianus. *Dionysia hic sunt, hodie apud me sis volo.* 19 Est tibi iam tuorum vot. summa. 20 Tu habes amplam mercedem officiorum, quod toties summo mane & intempesto abroperis somnum vt patronum salutes & comiteris ipsum alios salutaturum, infra v. 79. & Martial l. 3. ep. 36. *Enallage personæ.* 21 Lig. vestium vel calceorum aptas non ligâte. 22 Ne reliqui clientes circumstantes salutent patronum, nec dum tu venisti.

Tota

Tota salutatrix iam turba peregerit orbem
Sideribus dubijs, aut illo tempore, quo se
Frigida circumagunt pigri sarraca Bootæ.
Qualis cœna tamen? vinum quod succida nolit
Lana pati, de conuiua Corybanta videbis,
Iurgia proludunt: sed mox & pocula torques
Sauciis, & rubra detergens vulnera mappa,
Inter vos quoties, libertorumq; cohortem
Pugna Saguntina feruet commissa lagena.
Ipse capillato diffusum consule potat,
Calcatamq; tenet bellis socialibus vuam,
Cardiaco nunquam cyathum missurus amico.
Cras bibet Albanis aliquid de montibus, aut de
Setinis, cuius patriam, titulumq; senectus
Deleuit multa veteris fuligine testæ,
Quale coronati Thrasea, Heluidiusq; bibebant,
Brutorum, & Cassi natalibus, ipse capaces
Heliadum crustas, & inæquales beryllos
Virro tenet phialas: tibi non committitur aurum,
Vel si quando datur, custos affixus ibidem,
Qui numeret gemmas, unguesq; obseruet acutos.
Da veniam, præclara illic laudatur iaspis,
Nam Virro (vt multi) gemmas ad pocula transfert
A digitis, quas in vaginæ fronte solebat

23 Diluculo, dubia luce.
24 Ipsa nocte.
25 Quia polo vicinioris.
26 Plaustra septentrionalia signi vrsam maiorem insequentis, Arctophylacis.
27 A sudore recens lana & liquorem quasi sitiens, vel præparanda & imbuenda vino, quò melius sumat purpuram. vinum tamen hoc non imbibat.
28 Temulentum, insanum, instar Corybantis Cybeles sacerdotis caput rotantem.
29 Et conuitia prolusio sunt pugnæ.
30 Cruentata.
31 Clientes parasitos.
32 Fictili è Sagunto in Hispania.
33 Patronus contrà.
34 Antiquo, antiqui enim Romani erant sinonsi, forte Lucilium Opimium inuit, quo consule diffusa sunt vina quæ in ducentesimum annum seruata fuerint. 35 Sext. Iulio Cæsare & M. Philippo Coss. mouebatur bellum cum socijs, quos ciuitate donare contendebat Liu. Drusus, Enc. Flor. l. 2. c. 17. hoc anno optimum diffusum est vinum. 36 Laboranti cordis dolore, vel stomachi vitio ab humore acri vellicante & rodente, cui medicina à vino. 37 Vinum Albanum. 38 Montibus iuxta Setiam opp. Campaniæ. 39 Gypsatis picatisque amphoris à ceruicibus affixa erant pittacia cum inscriptione vbi natum sit vinum, & quo consule conditum 40 Vetustas. 41 * Mucore & situ. 42 Vasis fictilis, quo vinum conditum seruabatur. 43 Paetus, & Helu. Priscus genere ipsius, (de quorum studio libertatis & constantia lege Suetonium & Tacitum in Nerone) libertatis studio & odio tyrannidis celebrabant solennem memoriam — 44 — Innij Br. qui Tarquinium expulit, & D. Iunij Br. & Cassij qui Cæsarem confoderunt. floribus autem coronati conuiuabantur veteres, vide cansam in notis ad Senecæ Thyest. v. 943. 45 Ipse Virro, 3 patronus dines. 46 Phialas ex electro aquis indurato è gummi & lacrymis Heliadum Phaetontis sororum in alnos, siue vt alij fabulantur, in populos versarum. 47 Antea phialas asperas beryllis sexangula forma politis ad splendoris repercussionem. Plin. l. 37. c. 5. 48 Seruus qui manus tuas obseruet. 49 Tuos vngues aduncos, necnid abradat. 50 Nec lauatis, namque — 51 Ex annulis. 52 Manubrio em-

Ponere

Ponere zelotypo [53] *iuuenis* [54] *prælatus* [55] *Hiarbæ.*
Tu [56] *Beneuentani sutoris nomen habentem*
Siccabis calicem naſorum quatuor, ac iam
Quaſſatum, & [57] *rupto poſcentem ſulſura vitro.*
Si ſtomachus domini feruet vinoq́, cibóque,
Frigidior Geticis petitur [58] *decocta prunis.*
Non eadem [59] *vobis poni modò vina querebar:*
Vos aliam potatis aquam. tibi pocula [60] *curſor*
Getúlus dabit, aut nigri manus [61] *oſſea Mauri,*
Et cui per mediam nolis occurrere noctem,
Cluoſæ veberis dum per [62] *monumenta Latinæ.*
[63] *Flos Aſiæ ante ipſum, pretio maiore paratus*
Quàm fuit & Tulli cenſus pugnacis, & [64] *Anci,*
Et ne te teneam, Romanorum omnia regum
[65] *Friuola. quod cum ita ſit, tu* [66] *Getúlum Ganymedē*
Reſpice, cùm ſities: neſcit tot millibus emptus
Pauperibus miſcere puer. ſed forma, ſed ætas
Digna [67] *ſupercilio. quando ad te peracnit ille?*
Quando vocatus adeſt [68] *caldæ, gelidæq́, miniſter?*
Quippe indignatur veteri parere clienti,
Quodq, aliquid poſcas, & quòd ſe ſtante recumbas.
Maxima quęque domus ſeruis eſt plena ſuperbis.
Ecce alius quanto porrexit murmure panem
[69] *Vix fractum, ſolidæ iam mucida fruſta* [70] *farinæ,*
Quæ genuinum agitent, non admittentia morſum.
Sed tener & niueus, molliq́, ſiligine factus
Seruatur domino. dextram cohibere memento.
Salua ſit [71] *artoptæ reuerentia. finge tamen te*
[72] *Improbulum,* [73] *ſupereſt illic qui* [74] *ponere cogat:*
* *Vin' tu conſuetis audax conuiua* [75] *caniſtris*

53 AEneas eadem ſtellatum Troiæ ſub. ma ſuſtinet. Virg. 4 AEneid.
54 Ab Eliſa.
55 Regi Lybiæ.
56 Vitreum calicem quatuor roſtra vel naſos habentem, qualem habuit ſutor Beneuentanus Vatinius, à quo calices eiuſmodi vitrei dicti ſunt Vatiniani. vide quæ ad Martial. ep. 96. l. 14.
57 Rupta n. vitrea ſulphuratis permutabantur. vide quæ ad Martialis ep. 42. l. 1.
58 Aqua decocta & vitris demiſſa in niues vt refrigeretur. Plin. l. 31. c. 5. Neronis inuentum. Sueton. Ner. 48. c. vel ſimpliciter niue Scyth.
59 Clieneibus, paraſitis. *Emphatice.*
60 Pulcus e Numidia curſor.
61 Macilenta & ſine pulpa.
62 Vide 1. Sat. in calce.
63 Pocillator formoſus, puer ex Aſia, qualis Ioui raptus Ganymedes.
64 Tertij & quarti regum Rom.
65 Vtenſilia & ſupellex Rom. regum ſeruiebant huius

A Lacquay.

pueri precio. 66 Ironice contraria miſcet, vt ſæpe. 67 Faſtu, vt te contemnat. 68 Aquæ. 69 Qui ita vetuſtate induruit vt vix frangi poſſit. 70 Panis ex farina. 71 Diſpenſatoris panis, ex ἄρτος panis & τέμνω video. cuius reuerentiam caue ſis ne violes, auſus panem domino coctum tumere 72

Sawcie.

73 Artoptes. 74 Deponere panem illum candidum. * Ait artoptes. 75 Panc. Mentonym. contin.

Im-

Impleri, paniſq; tui nouiſſe colorem?
Scilicet hoc fuerat, propter quod ſæpe relicta
Coniuge, per montem aduerſum, gelidaſq; cucurri
Eſquilias, fremeret ſæua cùm grandine vernus
Iuppiter, & multo ſtillaret penula nimbo?
Aſpice quàm longo diſtendat pectore lancem
Quæ fertur domino ſquilla, & quibus vndiq; ſepta
Aſparagis, qua deſpiciat conuiuia cauda,
Cum venit excelſi manibus ſublata miniſtri.
Sed tibi dimidio conſtrictus gammarus ouo
Ponitur exigua feralis cœna patella.
Ipſe Venafrano piſcem perfundit: at hic, qui
Pallidus offertur miſero tibi caulis, olebit
Lucernam: illud enim veſtris datur alueolis, quod
Canna Micipſarum prora ſubuexit acuta;
Propter quod Romæ cum Boccare nemo lauatur,
Quod tutos etiam facit à ſerpentibus atris.
Mullus erit domino, quem miſit Corſica, vel quem
Tauro minitanæ rupes, quando omne peractũ eſt,
Et iam defecit noſtrum mare, dum gula ſæuit
Retibus aſſiduis penitus ſcrutante macello.
Proxima, nec patitur Tyrrhenum creſcere piſcem.
Inſtruit ergo focum prouincia, ſumitur illinc
Quod captator emat Lenas, Aurelia vendat.
Virroni muræna datur, quæ maxima venit
Gurgite de Siculo: nam dum ſe continet Auſter,
Dum ſedet, & ſiccat madidas in carcere pennas,
Contemnunt mediam temeraria lina Charybdim.
Vos anguilla manet longæ cognata colubræ,

75 Clientis murmurantis verba.
77 Media nocte.
78 Collem Romæ ventis expoſitum.
79 Aer.
80 Implear.
81 Condita & circundata herbis delicatis.
82 Aſtè lata deorſum in menſam aſpiciat.
83 Semiplenus.
84 E marini cancri ſpecie.
85 Ouis ſuis, vel quibus conditur.
86 Nuda & ieiuna inſtar cœnæ feralis.
87 Oleo optimo ex agro Venafrano in Campania.
88 Languens, flaccidus.
89 Præ ſe feret odorem olei viliſſimi, quod adhibetur lucernis, quali vngebatur *fraudatis Natta lucernis*. Horat. & videtur alludere ad illud in Demoſthenem iactatum τὸν λύχνον ὄζει.
90 Patinis ligneis.
91 Nauicula a Canna, vel deliolum è cannis acuminatum forma pyramidali.
92 Afrorum à Micipſa rege. 93 Nani. 94 Cum Numida aliquo vel Afro, *à Boccare rege Maurorum denom.* 95 Cuius olei odorem terrum non ferunt ſerpentes. 96 Inſula in mari Ligustico. 97 Rup. iuxta Tauromiuium oppid. Siciliæ. 98 Euacuatur, exinanitur. 99 Piſcatore quouis è macello. 1 Mariæ. 2 In mari Tyrrheno, i. infero. 3 Piſcibus inſtr. focum & culinam noſtram. 4 Pisces quos emptos heredipetæ orbis donent. 5 Mulier quæ piſces venditat, —*vel*, dives orba quæ datos ab heredipetis piſces vendit. 6 AEolio antro & pennas *ex figmento Poet. madidis Notus euolat alis*, Ouid. 1. Met. vt *AEolio in carcere*, 10. Sat. v. 120. ex Virg. AEn. *clauſo ventorum carcere*. 7 Piſcatores cum linis & retibus. 8 Vorticem in freto inter Siciliam & Italiam. 9 Eiuſdem formæ & generis, quam cum colubro coire ſerunt vt & murænam.

Aut

Aut [10] *glacie aſperſus maculis* [11] *Tiberinus, & ipſe*
Vernula riparum pinguis torrente cloaca,
Et ſolitus mediæ [12] *cryptam penetrare Suburræ.*
[13] *Ipſi pauca velim, facilem ſi præbeat aurem.*
Nemo petit, modicis [14] *quæ mittebantur amicis*
A [15] *Seneca, quæ* [16] *Piſo bonus, quæ* * *Cotta ſolebat*
Largiri. namque & [17] *titulis & faſcibus olim*
Maior habebatur donandi gloria. ſolum
Poſcimus, vt cœnes ciuiliter: hoc face, & eſto:
Eſto (vt nunc multi) diues tibi, pauper amicis.
Anſeris ante ipſum magni [18] *iecur, anſeribus par*
[19] *Altilis, &* [20] *flaui* [21] *dignus ferro Meleagri*
Fumat [22] *aper, poſt hunc raduntur tubera, ſi ver*
Tunc erit, & facient [23] *optata tonitrua cœnas*
Maiores. tibi habe frumentum [24] *Aledius inquit,*
[25] *O Libye, diſiunge boues, dum tubera mittas.*
[26] *Structorem interea, ne qua* [27] *indignatio deſit,*
Saltantem ſpectas, [28] *& Chironomonta* [29] *volanti*
Cultello, donec peragat [30] *dictata magiſtri*
Omnia. [31] *nec minimo ſanè diſcrimine refert*
Quo geſtu lepores, & quo gallina ſecetur.
Ducêris planta, velut ictus ab Hercule [32] *Cacus,*
Et ponêre foris, ſi quid tentaueris vnquam
Hiſcere, [33] *tanquam habeas tria nomina. quando pro-*
Virro tibi, ſumitq́, tuis contacta labellis (*pinat*
Pocula? quis veſtrúm temerarius vſque adeo, quis
Perditus, vt dicat regi, bibe? plurima ſunt, quæ
Non audent [34] homines pertuſa dicere læna.
[35] *Quadringenta tibi ſi quis deus, aut* [36] *ſimilis diis,*

10 Maculoſus, cui dorium ex albo cæruleum eſt, venter candidus nigris maculis conſperſus, quæ notæ deterioris eſt, melioris *Laneus.*
11 Præſtantiores ſunt in Nate ſi piſcet quam in Tiberi. Galen. περὶ τροφ.
12 Cauernas & meatus ſubterraneos, per quos ſordes è Suburra, & tota vrbe defluunt in Tiberim.
13 Virroni, patrono diuiti & auaro.
14 Qualia munera.
15 Annæo Sen. Neronis præceptore, opt. & ſanctiſſimo viro.
16 C. Piſo Calpurnius & * Aurelius Cotta viri liberales.
17 Munificentiam & liberalitatẽ exercere apud maiores noſtros maiorem habebat gloriam quam titulis nobilitaris ſplendere aut magiſtratus & dignitates adipiſci.
18 Molſo, lacte ficu & carica fartum, vide Martialis ep. 58. l. 13.
19 Gallina vel anas.
20 Formoſi vel pulchricomi.
21 Non minor apto Calydonio quem occidit Meleager.

22 Integer appoſitus fumat. 23 Luxurioſis optata, tonitruis enim tubera naſcuntur copioſè. Plin. 19 l. 3. c. 24 Guloſus quidam. 25 O Africa ne exerceas terram ad fruges, modo mittas tubera. 26 Carptor. vide Sat. 1. verſ. 136. 27 Ne qua indignationis cauſa tibi deſit. 28 Manibus geſticulantem artificioſè. 29 Apiliter verſato. 30 Incidendo ſercula, vt docuit magiſter. 31 Ironice. 32 Gigas qui boues Herculis abegerat, quem Hercules pedibus ex antro protraxit. Virg. 8. Aeneid. 33 Tanquam ſis nobilis, ingenuus Romanus, liberque, cui eſt prænomen, nomen cognomen. vide Politianum 11. cap. Miſcel. 34 Pauperes quibus detrita ſit & lacera chlamys. τῷ γὰρ πενίᾳ δεδμημένῳ ἀδύνατα γλῶσσαν, vt inquit Theognis. 35 Seſtertia, i. centum equeſtrem, noſtræ monetæ 31 25 l. 36 Heros vel homo ben. ſicus.

Et

Et melior [37] *fatis donaret;* [38] *homuncio, quantus*
Ex nihilo fieres: quantus Virronis amicus!
[39] *Da Trebio, pone ad Trebium, vis frater ab istis*
Ilibus? [40] *ô nummi vobis hunc præstat honorem,*
Vos estis fratres. dominus tamen [41] *& domini rex*
Si vis tu fieri, [42] *nullus tibi paruulus aula*
Luserit Æneas, nec filia dulcior [43] *illo.*
Iucundum & charum sterilis facit vxor amicum.
Sed tua nunc [44] *Mycale pariat licet, & pueros tres*
In gremium patris fundat: simul ipse loquaci
Gaudebit [45] *nido,* [46] *viridem thoraca iubebit*
Afferri, minimasq; nuces, assemq; [47] *rogatum,*
Ad mensam quoties [48] *parasitus venerit infans.*
Vilibus [49] *ancipites fungi ponentur amicis,*
Boletus domino. sed qualem [50] *Claudius edit,*
Ante [51] *illum vxoris, post quem nil amplius edit.*
Virro sibi, & reliquis [52] *Virronibus illa iubebit*
Poma dari, quorum solo pascaris odore,
[53] *Qualia perpetuus Phæacum autumnus habebat,*
Credere quæ possis surrepta [54] *sororibus Afris.*
Tu [55] *scabie frueris mali, quod in aggere rodit,*
[56] *Qui tegitur parma & galea, metuensq; flagelli*
Discit [57] *ab hirsuta iaculum torquere capella.*
Forsitan impensæ Virronem parcere credas:
Hoc agit, vt doleas. nam quæ comœdia? mimus
Quis melior plorante gula? ergo omnia fiunt,
Si nescis vt per lacrymas effundere bilem
Cogaris, [58] *pressoq; diu stridere molari.*
Tu tibi liber homo, & regis conuiua videris,
Captum te nidore suæ putat ille culinæ.

[37] Quam tua fata.
[38] Tu prius homuncio vilis, quanto mox fores in precio apud ipsum?
[39] *Imperaret strui*ri dives his verbis.
[40] *Inquit Poeta,* hoc nummis præstat non homini.
[41] Virronis dominus & rex.
[42] Sis orbus, nullus tibi filius sit, ex quarto Æneidos vsurpat hæc Didonis verba. *Si quis mihi parum in aula luderes Æneas,*
[43] Tibi charior quàm Virro captator dicet.
[44] Vxor.
[45] Loquaci pueritia, i. pueris delectari videbitur, quos tamen nullos optat. *Metaph.*
[46] Lenis tamen iis munuscula dabit, quia tu dives es.
[47] A puero rogatum si ponat, nuces & nugas emendas.
[48] Perens cibum aut munuscula.
[49] Periculosi plerumque & lethales. immenso exemplo in crimen inductis, veneno Tib. Claudio principi per hanc occasionem à coniuge Agrippina dato. Plin. l. 22. c. 22.
[50] Claudius, imperator quintus
[51] Ab Agrippina vxore venenatum. [52] Sui similibus, diuitibus. [53] Qualia nata in perpetuò virentibus & fructiferis hortis Phæacum, quorum rex Alcinous, canit Homerus & antiquitas omnis. [54] Atlantis filiabus, sc. aurea mala ex hortis Hesperidum in Africa. [55] Scabioso malo. [56] Tyro. [57] A Centurione qui exercet tyrones, hirsuto instar capellæ, *vel* induto sago Cilicio. *alii*, ab amento è corio capellæ. *alii*, à sago illo Cilicio ex hircinis pilis contexto. *Brodæ, Miscel.* l. 9. c. 1. ab arcu è cornibus caprinis.
[58] Ita frendere.

Nec

*Nec male coniectat.** *quis enim tam nudus, vt illum*
Bis ferat [59] *Hetruscum puero si contigit aurum?*
Vel [60] *nodus tantum, & signum de paupere loro?*
Spes bene cœnandi vos decipit. [61] *ecce dabit iam*
Semesum leporem, atque aliquid de cunibus apri.
Ad nos iam veniet minor [62] *altilis.* [63] *inde parato*
Intactoq; omnes, & stricto pane tacetis.
Ille sapit, qui te sic vtitur. [64] *omnia ferre*
Si potes: & debes. [65] *pulsandum vertice raso*
Præbebis quandoque caput, nec dura timebis
Flagra pati, his epulis, & tali dignus amico.

* Quis enim tam pauper ac miser est, cui vel ingenuo vel libertino contigit libertas, vt hæc pati posset?

59 Mos bullæ aureæ gestandæ ab Etruscis sumptus est. vide Persij Sat. 5. v. 31.

60 Tenuiores & libertinæ conditionis, coriaceam bullam vel nodum gerebant.

61 Vos tamen abiecti affectæ concepistis spem de reliquijs ferculorum, quibus inhiantes dicitis apud vos, *Ecce dab.* &c. 62 Gallina saginata.

63 *Inquit Poeta*, non tangitis dirum panem dum expectatis illas dapes, sed frustra. 64 Omnes. si pot. quæ parasitis eueniunt æquidem debes. 65 Omnibus contumelijs & plagis excipient te, tuo merito, qui ferre illa velis, perinde ac si tonsus seruus esses vel parasitus plagipatida.

SATYRA VI.

Vrsidium Posthumum ab vxore ducenda dissuasurus, acriter satis insurgit in mulierum libidines, superbiam, Græcæ linguæ, liberalium artium, criticen, politices, immò gladiatoriæ inuerecundam affectationem, superciliosum in maritos imperium, crudelitatem, temulentiam, superstitionem denique & veneficia.

CRedo pudicitiam [1] *Saturno rege moratam*
In terris, visamq; diu, cum frigida paruas
Præberet spelunca domos, ignémque, laremque,
Et pecus, & dominos communi clauderet vmbra:
Syluestrem montana torum cum sterneret vxor
Frondibus, & culmo, vicinarumq; ferarum
Pellibus: haud similis tibi [2] *Cynthia, nec tibi,* [3] *cuius*
Turbauit nitidos extinctus passer ocellos:
Sed potanda ferens infantibus vbera magnis,
Et sæpe horridior [4] *glandem ructante marito.*
Quippe aliter tunc orbe nouo, cœlóque [5] *recenti*

1 Seculo aureo, simplici.

2 Culta & elegans amica Propertij.

3 Lesbia, Catulli amica, effusè lacrymans de morte passerculi. *mea puella*
Flendo turgiduli rubent ocelli. Catull.

4 Qua auide vescebatur.

5 Recens extracto & ab elementis nuper secreto.

Viuebant homines, qui [6] *rupto robore nati,*
[7] *Compositiq; luto* [8] *nullos habuere parentes.*
Multa pudicitiæ veteris vestigia forsan,
Aut aliqua extiterant & [9] *sub Ioue, sed Ioue* [10] *non.*
Barbato, [11] *nondum Græcis iurare paratis (dum*
[12] *Per caput alterius, cum furem nemo timeret*
Caulibus, aut pomis, & aperto viueret horto.
Paulatim deinde ad superos [13] *Astræa recessit*
[14] *Hac comite, atque duæ pariter fugêre sorores.*
Antiquum, & vetus est alienum Posthume lectum
[15] *Concutere, atque* [16] *sacri genium contemnere fulcri.*
Omne aliud crimen mox ferrea protulit ætas:
Viderunt primos argentea secula [17] *mœchos.*
[18] *Conuentum tamen, & pactũ, & sponsalia* [19] *nostra*
Tempestate paras: iamq; [20] *à tonsore magistro*
Pecteris, & [21] *digito pignus fortasse dedisti.*
Certè sanus [22] *eras, uxorem Posthume ducis?*
Dic qua [23] *Tisiphone? quibus exagitare* [23] *colubris?*
Ferre potes dominam saluis [24] *tot restibus vllam?*
Cum pateant altæ [25] *caligantesq;* [26] *fenestræ?*
Cum tibi vicinum se præbeat [27] *Æmilius* [28] *pons?*
Aut si de multis nullus placet exitus, illud
Nonne putas melius, quòd tecum [29] *pusio dormit?*
Pusio qui noctu [30] *non litigat, exigit à te*
Nulla iacens illic munuscula, nec queritur quòd
Et [31] *lateri parcas, nec quantum iussit,* [32] *anheles.*
Sed placet Vrsidio [33] *lex Iulia:* [34] *tollere dulcem*
Cogitat heredem, cariturus [35] *turture magno,*
[36] *Mullorumq; iubis,* [37] *& captatore macello.*
Quid fieri non posse putes, si iungitur vlla

6 Ex figmento poetico. *Virg. Genusque virûm truncis & rupto robore nata.*
7 A deo vel à Prometheo efficti.
8 Terræ filij.
9 Ætate argentea.
10 Nondum adulto & adultero.
11 Et peierare. *Græcam notat perfidiam.*
12 Parentum aut deorum, qui nondum erant.
13 Iustitia Astræi Titanos & Auroræ filia.
14 Pudicitia.
15 Ascendere, violare.
16 Coniugalis tori præsidem. *Synecd. fulcri quo fulcitur lectus.*
17 Iouem, Neptunum Martem, Apollinem, Mercurium, &c.
18 Amicorum, superspon salibus.
19 Hac ætate maximè adultera.
20 Vt nitidior placeas vxori futuræ.
21 Sponsæ annulum.
22 Prius, antehac sapuisti, iam dementas, immo furis, vel lege interrogatoriè. *Certe sanus eras?*
23 Furia vltrices ὀφιοπλοκάμους, i. colubris crinita.
24 Quibus te potius suspendas.
25 Quæ caliginem oculis obducant propter altitudinem. *vel*, noctis tenebras. 26 Vnde te præcipitare possis. 27 A M. Æmilio Scauro conditus. 28 Vnde te in Tiberim immergas.
29 Puer pathicus. exhaustum læditur. 30 Quod vxor facit. infra vers. 269. 31 Quod nimia libidine 32 Te clinopale & nocturna opera defatiges. 33 In adulteros lata. 34 Suscipere & educare. 35 Aui. *vel potius* pisce, *quia* magno. 36 Iubatis & barbatis mullis. 37 Et alijs obsonijs quæ à captatoribus è macello empta orbis donatur.

Vrsidio?

Vrſidio? ſi mœchorum [38] *notiſſimus olim*
Stulta [39] *maritali iam porrigit ora capiſtro.*
Quem toties texit perituri ciſta Latini? [40]
Quid? quòd & antiquis [41] *vxor de moribus illi*
Quæritur: [42] *ô medici mediam pertundite venam.*
* *Delitias hominis:* [43] *Tarpeium limen adora*
Pronus, & [44] *auratam* [45] *Iunoni cæde iuuencam,*
Si [46] *tibi contigerit capitis matrona pudici.*
Paucæ adeò [47] *Cereris vittas contingere dignæ,*
Quarum non timeat pater [48] *oſculâ.* [49] *nectle coronam*
Poſtibus, & denſus per limina tende corymbos.
Vnus [50] *Iberinæ vir ſufficit? ocyus illud*
Extorquebis, vt hæc oculo contenta ſit vno.
Magna tamen fama eſt [51] *cuiuſdam rure paterno*
Viuentis. viuat [52] *Gabijs, vt vixit in agro,*
Viuat [52] *Fidenis, & agello cedo paterno.*
Quis tamen affirmat, nil actum in montibus, aut in
Speluncis? [53] *adeón' ſenuerunt Iuppiter & Mars?*
[54] *Porticibúſne tibi monſtratur fœmina* [55] *voto*
Digna tuo? [56] *cuneis an habent ſpectacula totis*
Quod ſecurus ames, quodque inde excerpere poſſis?
[57] *Chironomon Ledam molli ſaltante Batillo*
Tuccia [58] *veſicæ non imperat,* [59] *Appula* [60] *gannit*
Sicut in amplexu, [61] *ſubitum & miſerabile, longum*
Attendit Thymele, Thymele tunc ruſtica diſcit.
[62] *Aſt aliæ quoties aulæa recondita ceſſant,*
Et vacuo clauſoq; [63] *ſonant ſora ſola theatro,*

38 Vrſidius.
39 Coniugali vlnculo, freno.
40 Qui tæpius perituris, ſuperueniente marito, ab eius adultera vxore ciſta tectus fuerit, quale furtum in mimo vidimus Latinum mimum repræſentantem.
41 Pudica & caſta.
42 Ne inſaniat. Si deliranti manum porrigere detrectet, vena in fronte ſecetur &c. Paulus AEgineta .l. cap. de phreneticis, & AEtius, l. 6. c. 8.
* O delicatum hominem Vrſidium, qui tam inſignis adulter poſsis caſtam ſperare vxorem!
43 Iouem Capitolinum in introitu arcis Tarpeiæ.
44 Auratis cornibus.
45 Coniugij præſidi pronubæ, in pellices & adulteros ſæuæ.
46 Tam inſigni adultero.
47 Cuius myſteria non niſi caſtis facta ſunt celebranda.
48 Tanquam baſia & fouenia impudica, potius quam pia oſcula.
49 Quod fieri ſolitum nuptiarum die.
50 Sponſæ Vrſidii, vel cuiuis in vrbe educatæ.
51 Quæ pudicè vixit rure. Nec tamen credo viduam illam æquè pudicam, ſi viuerit ſemel vrbis moreſ corruptos.
52 Vilibus oppidis caſte vt prius in agro. quod ſi non poſsit, multo minus Romæ.
53 Nec deſunt corruptores virginum etiam in agris.
54 Pompeij, Liuiæ, vel Iſidis, in quibus ſpatiantur mulieres.
55 Qualem tu velis, pudicam.
56 Sedibus theatri.
57 Saltationem manibus geſticulantis Ledæ repræſentante mimo. I. C. Scal. l. l. Poet. 18. c.
58 Ruſtica.
59 Non continet vrin. infra verſ. 18.
60 Gannitu & murmure libidinoſum fatetur affectum.
61 Sub. miſ. long. geſtus & motus quos exprimit mimus.
62 *Longo verò luiorum interſtitio & ipſa hiſtrionicam exercent, ac mimorum veſtes contrectant.*
63 Forenſibus cauſis & iudicijs.

64 Al-

64 Vbi nimis diu cessare videntur ludi, & post plebeios ludos diu expectata dominis his desiderantibus non exhibentur Megalesiat ipsæ tractant & exercent ludos.

65 Circenses ludi magnę matri Deûm consecrati.

66 Spectaculorum desiderio.

67 Ornamenta & arma histrionica.

68 Mimi.

69 Cantor ceu mimus.

70 Vide Sat.3. vers. 125.

71 Fabulæ iocularis ab Atella vrbe Oscorum dictæ, & de Autonoe Cadmi filiâ scriptæ.

72 Hos exodiarios pauper culæ amant.

73 Aliæ magno emunt concubitum comœdorum, soluta fibula—

74 —Qua virilia coercent vt abstineant à Venere, & vocem conseruent, vide quæ ad Martialis ep.81 l.7.

75 Aliæ citharœdũ pelliciunt ad libidinem cuius vsu rauescit. 76 Vt doctus & probus caste ametur. 77 Citharœdus item. 78 Qui in choro tibijs canit. 79 Erige per vicos, ô nobilis, pulpita, in quibus nuptiarum tuarum ludi agantur— 80 —Frondibus & ramis laureis ad celebritatem nuptiarũ ornato postes & ianuã, vt in gremiũ tuum effundat mœcha vxor liberos ex gladiatore aliquo, citharœdo, ceu histrione. *Ironica permißio satis amara.* 81 Nobilis, *vel* lanista è nobili facie, vt Lentulus, cui ex tuis gladiatoribus pariat vxor tot gladiatores. 82 Lecto vel cunis velo coopertis, ad arcendos culices. quod velum conopœum dicitur à κώνωψ, culex.

83 Vultu & imagine referat. 84 Fabricio Vzientoni, de quo præcedente Satyra. nupta Hippia, quod nomen fictum esse vult Nicolaus Loënsis ab ἵππος & propter libidinem. *Scilicet ante omnes furor est insignis equarum.* Virg. 3. Georg. 85 Sergium gladiatorem. 86 Insulam Alexandriæ iunctam ponte. 87 Fl. Ægypti. 88 Propter luxum & molles deliciasinfamia. 89 Alexandriam à Lago patre Cleopatræ regnatam. 90 Prodigiosam hanc Hippiæ & vrbis nostræ libidinem, execramibus ipsis Ægyptijs lasciuis. 91 Ciuitate Ægypti impurissima, v. Sat. v. 26. 92 Hippia. 93 Circenses, quos omni Romanorum conditioni maximè in votis & delicijs esse, vbique arguit. Sat 10. v. 81 Sat. 11. v. 53. 94 Scenicos ludos. fuit autem Paris pantomimus Domitiano charus, Iuuenali exilij causa. 95 Molli & tenera educatione 96 Gardeu, Sat. 2. v. 124. 97 Fœminas quæ mollibus cathedris vectantur aut sedent. Cathedra enim proprie est sella muliebris, quæ discreta à virili. Lipsi. 1. Elect.

64 *Atque à plebeis longe* 65 *Megalesia,* 66 *triſtes* 70
67 *Perſonam* 67 *thyrſumq́ tenent,* & 67 *ſubligar* 68 *Acci:*
69 *Vrbicus* 70 *exodio riſum mouet* 71 *Atellanæ*
Geſtibus Autonoes, 72 *hunc diligit Ælia pauper.*
73 *Soluitur his magno comœdi* 74 *fibula.* 75 *ſunt quæ*
Chryſogonum cantare vetent. Hiſpula tragœdo 75
Gaudet. an expectas, 76 *vt Quintilianus ametur?*
Accipis vxorem, de qua citharœdus Echion,
Aut 77 *Glaphyrus fiat pater, Ambroſiuſq́* 78 *chorau-*
Longa per anguſtos figamus 79 *pulpita vicos,* (les.
Ornentur poſtes, & grandi ianua 80 *lauro,* 80
Vt teſtudineo tibi 81 *Lentule* 82 *conopæo*
Nobilis Euryalum mirmillonem 83 *exprimat infans.*
Nupta 84 *Senatori comitata eſt Hippia* 85 *Ludium*
Ad 86 *Pharon, &* 87 *Nilum,* 88 *famoſaq́* 89 *mœnia Lagi,*
90 *Prodigia & mores vrbis damnante* 91 *Canopo.* 85
Immemor 92 *illa domus, & coniugis, atque ſororis,*
Nil patriæ indulſit. plorante ſq́ improba natos,
Vtque magis ſtupeas, 93 *ludos* 94 *Paridemq́ reliquit.*
Sed quanquam in magnis opibus, 95 *plumaq́ paterna*
Et 96 *ſegmentatis dormiſſet paruula cunis,* 90
Contempſit pelagus: famam contempſerat olim,
Cuius apud molleis minima eſt iactura 97 cathedras.

98 *Tyrrhenos igitur fluctus,*99 *latéque ſonantem*
Pertulit Ionium conſtanti pectore, quamuis
Mutandum toties eſſet mare. iuſta pericli
Si ratio eſt, & honeſta timent, pauidóque gelantur
Pectore, nec tremulis poſſunt inſiſtere plantis,
Fortem animum præſtant rebus, quas turpiter audent.
Si iubeat coniux, durum eſt conſcendere nauim:
Tunc [1] *ſentina grauis, tunc ſummus* [2] *vertitur aër.*
Quæ mœchum ſequitur, ſtomacho valet. illa mariti
Conuomit, hæc inter nautas & prandet, & errat
Per puppim, & duros gaudet tractare rudentes.
Qua tamen exarſit forma? qua capta iuuenta eſt
Hippia? quid vidit propter quod [3] *Ludia dici*
Suſtinuit? nam [4] *Sergiolus iam* [5] *radere guttur*
Cœperat, & [6] *ſecto* [7] *requiem ſperare lacerto.*
Præterea multa in faciem deformia, ſicut
Attritus galea, mediſq; in naribus ingens
* *Gibbus, & acre malum ſemper ſtillantis ocelli:*
Sed gladiator erat, facit hoc illos [8] *Hyacinthos,*
Hoc pueris, patriæq;, hoc prætulit illa ſorori,
Atque viro. ferrum eſt, quod amant. [9] *hic Sergius idē,*
Accepta rude, cœpiſſet Veiento videri.
[10] *Quid priuata domus, quid fecerit Hippia curas?*
Reſpice [11] *riuales diuorum: Claudius, audi,*
Quæ tulerit. dormire virum cum ſenſerat [12] *vxor,*
Auſa [13] *Palatino* [14] *tegetem præferre cubili,*
Sumere nocturnos meretrix [15] *Auguſta* [16] *cucullos,*
Linquebat comite ancilla non amplius vna,
Et [17] *nigrum flauo crinem abſcondente galero*
Intrauit [18] *calidum veteri centone lupanar,*

98 Fluctus maris inferi à Tyrrheno litore nominati.
99 Maris Ionij fluctus.
1 Tunc fundum nauis graueolens nauſeam mouet.
2 Vertigine rotatur, & omnia ſurſum verſum ferri videntur.
3 Ludij amica.
4 *Diminutiu.* Sergius.
5 Barbarus erat & ſenior. vide 217. verſ. infra.
6 Saucio vel mutilo ex infectis neruis.
7 Rudem & miſſionem à munere gladiatorio.
* Catachreſis.
8 Formoſiſſimos videri amaſios, qualis erat Hyacinthus puer Apollini dilectus.
9 Quod ſi idem ſet. rudem, i. gladium è ligno, Polyb. ξύλινον μάχαιραν. Diony. ξίφος & ξύλινον. baculum ceu virgam, ſignum miſſionis à gladiatura impetraret, ſtatim & Hippiæ deformis viſus deſereretur vt prior maritus Veiento.
10 *Tranſitio.*
11 Imperatores qui diei haberi volunt. *vel* reſpice quot & quales adulteros

admiſerit Meſſalina riuales Claudij Imp. vide Tacit. Annal. 11. 12 Meſſalina. 13 Imperatorio. 14 Mattam quæ centone cooperta pro lecto erat: alij pro lupanari ipſo ſumunt. 15 Cæſarea, Imperatoria. 16 Ne cognoſceretur. 17 Meretricio flauo galero ceu galericulo è criſne flauo, qui meretricum color eſt, factitio & adſcititio nigrum crinem matronalem abſcondente, vt publica meretrix videretur. 18 Frequentatiuum. *Vel* calidum à Lycifta recens egreſſa, *vel* à centone calorem retinens.

Et cellam[19] *vacuam, atque ſuam tunc nuda papillis*
Conſtitit[20] *auratis,*[21] *titulum mentita Lyciſcæ,*
Oſtenditq́[22] *tuum*[23] *generoſe Britannice ventrem.*
Excepit blanda intrantes, atque æra poposcit.
Mox lenone ſuas iam[24] *dimittente puellas*
Triſtis abit. ſed quod potuit, tamen vltima cellam
Clauſit adhuc ardens rigidæ tentigine vuluæ,
Et reſupina iacens multorum abſorbuit ictus,
Et laſſata viris nondum ſatiata receſſit,
Obſcuriſq́[25] *genis turpis, fumoq́ lucernæ*
Fœda lupanaris tulit ad puluinar odorem.
Hippomanes, carmenq́ loquar, coctumq́ venenũ,
Priuignoq́ datum:[26] *faciunt grauiora coactæ*
Imperio ſexus, minimumq́[28] *libidine peccant.*
Optima ſed quare Ceſennia teſte marito?
Bis quingenta dedit, tanti vocat ille pudicam.
Nec[30] *Veneris pharetris macer eſt, aut lãpade feruet:*
Inde faces ardent,[31] veniunt à dote ſagittæ.
Libertas emitur:[32] *coràm licet innuat, atque*
Reſcribat,[34] *vidua eſt locuples, quæ nupſit auaro.*
* *Cur deſiderio Bibulæ Sertorius ardet?*
Si verum excutias, facies, non vxor amatur.
Tres rugæ ſubeant, & ſe cutis arida laxet,
Fiant obſcuri dentes, oculiq́ minores,
Collige ſarcinulas dicet libertus, & exi:
Iam grauis es nobis, & ſæpe emungeris, exi

19 Vacuam Lyciſca quæ interdiu eam habuerat, quam ad noctis vſum Meſſalina conduxerat in ſuam.

20 Ornatis auro, vel ſindonio connexo aureis annulis. ſic enim Heliogabalus γυμνὸς ὅλη τῆς ἡμέρας τὸ πορνεῖον ἐσῆκε, ὥσπερ αἱ πόρναι, καὶ τὸ σινδόνιον χρυσοῖς κρίκοις ἐξηρτημένον διασείων τοὺς παριόντας ἐφ' ἑσπέραν ἐζώμαρος. Xiphilin. Heliog. niſi forte ſyndonium illud intelligatur rectius de velo quod lupanaribus & canponis oppandebatur, atque annuli ſint illi per quos velum adducitur & reducitur. Curtatur-rings.

21 Præfigens cellæ nomen Lyciſcæ, quam ſe profitebatur.

22 Vnde tu oriundos eras.

23 *Forte Ironicè*, cuius pater aneo nescio quis fuerit ex vago concub. 24 Quod ſub noctem mediam fit. 25 Et deturpata faciem fuligine ſporcæ lucernæ (proſtabant autem meretrices ad lucernas, vide Martialis ep. l. 1. K.) tulit tetrum lupanaris odorem ad lectum Imperatoris. 26 *Quid dicam de poculis, incantamentis & veneficijs mulierum?* eſt autem Hippomanes caruncula in fronte pulli de partu equæ, *vel*, quod *furentis equæ diſtillat ab inguine virus.* 27 Quòd ſi incitentur odio, ira, vel aliquo alio affectu malo cuius imperio facilè obſequitur ſexus iſte: grauiora audent ſcelera, quam libidinem. 28 Obiectio, cui reſpondet poeta verſu ſequente. 29 Mille ſeſtertia. 30 Non ſagittis & face amoris ardet, ſed— 31 —ardet amore eius. 32 Libertatem agendi quæ velit, dote magna emit vxor, maritus verò dotem accepit, libertatem vendidit. πρίνης τὴν γυναῖκα πλουσίαν λαβὼν ἐπὶ διαστάσει, ἐγγυᾶται· ἐπεὶ, &c. Apollonides apud Stobæum. 33 Etiam coram marito licet vxori dotatæ innuere mercedi, atque literis eius reſcribere. 34 *Ordo eſt*, locuples quæ nupſit auaro eſt vidua, i. e ſui iuris eſt, & ex tuo arbitrio vivit tanquam vidua. * Obiectio altera, cui reſpondet poeta verſu ſeq.

Ocyus,

Ocyus, & propera, [35] *ſicco venit altera naſo.*
[35] *Interea* [37] *calet, & regnat, poſcitq; maritum*
Paſtores, [38] *& ouem Canuſinam,* [39] *vlmoſq; Falernas.*
[40] *Quantulum in hoc? pueros omnes,* [41] *ergaſtula tota,*
Quodque domi non eſt, & habet vicinus, ematur.
[42] *Menſe quidem brumæ, cum iam mercator* [43] *Iaſon*
[44] *Clauſus, &* [45] *armatis obſtat caſa candida nautis,*
Grandia [46] *tolluntur cryſtallina, maxima rurſus*
[47] *Myrrhina, deinde* [48] *adamas notiſſimus, & Bere-*
In digito factus pretioſior: [49] *hunc dedit olim (nices*
Barbarus inceſtæ, dedit hunc Agrippa ſorori,
[50] *Obſeruant vbi feſta mero pede ſabbata reges,*
Et [51] *vetus indulget* [52] *ſenibus clementia porcis.*
* *Nullane de tantis gregibus tibi digna videtur?*
Sit formoſa, decens, diues, fœcunda, vetuſtos
Porticibus diſponat [53] *auos, intactior omni*
Crinibus effuſis [54] *bellum dirimente Sabina,*
Rara auis in terris, nigroque ſimillima cygno:
Quis feret vxorem, cui conſtant omnia? malo,
Malo [55] *Venuſinam, quàm te* [56] *Cornelia mater*
Gracchorum, ſi cum magnis virtutibus affers
Grande [57] *ſupercilium, &* [58] *numeras in dote tri-*
umphos.
[59] *Tolle tuum precor Hannibalem, victumq; Syphacẽ*
In caſtris, & cum tota Carthagine nigra.

34 Altera vxor adoleſcentula ſuperueniet.
36 Quandiu autem annis & forma floreret.
37 Viget & imperat.
38 E Cannſio in Apulia oues & lanam optimam.
39 Vinum, vites Falernas quas vlmi ſuſtentant.
40 Hoc parum eſt.
41 Poſcit ſeruos omnes ex ergaſtulis.
42 Decembri quo βεχχὼ eſt ἡμερ.
43 Argonautæ nomen pro quouis mercatore.
44 Domi propter gelu & glaciem.
45 Inſtructis & accinctis ad nauigandum ex imperio vxoris importunæ obſtat caſa niue candida nautis.
46 Per mare petuntur vaſa Cryſtallina.
47 Pocula è myrrha, vide Martial. ep. 113. l. 14. & quæ nos ibi.
48 Precioſiſsimus lapis, & ille notus ex munere Agrippæ. 49 Quem Agrippa rex Iudæorum dedit inceſtæ ſorori Berenice. 50 In Iudæa, vbi nudis pedibus ſacra peragunt, quòd Moſi Deus præcepit, vt calceamenta ſolueret, &c. Bereniee autem nudipes & capillos raſa venit Hieroſolymam Deo vota pro ſalute ſolutura. Ioſeph. l. 2. Iudaici belli, & Egeſippus. *Vinc forte huius diuerſionis cauſa, ad mores Iudeorum, ficta Berenices mentione.* 51 Ex diuino inſtituto & lege, quòd animal eſſet immundum, vngulam findens, non ruminans. Leuitic. 11. 7. non, vt falſò Tacitus c. hiſt. in memoriam clades, quòd ipſos ſcabies quondam turpauerat (idem etiam mentito Iuſtino l. 36.) cui id animal obnoxium. 52 Seneſcunt nempe, vt quibus veſci Iudæis non liceat. * *Procatalepſis.* 53 Imagines maiorum cereæ quas in porticibus & atrijs ordine diſponere ſolebant. 54 Sabinæ raptæ origo belli, eadem vtramque aciem interuenientes belli modus & fœderis inter Tatium & Romulum extitere. 55 Pauperem & ignobilem vxorem ex Appulia. 56 Scipionis Africani filia, Cornelia Gracchi vxor, Caij & Tiberij Gracchorum mater. 57 Superbiam & faſtum, quæ apparent in ſupercilio. 58 Si propter triumphos maiorum tuorum non ſecus ac magna dos eſſet, mihi imperioſa inſultes. 59 Tolle lacrymas de Annibale, Syphace & Carthagine à tuis deuictis, & eorum triumphis.

60 Immò, mulierum insolentia quandoque vel in ipsos deos insurgit, accersitúque diuinam vindictam in se suosque. atque hinc illa Amphionis deprecatio clamantis, *Parce precor.* vide fab. 3. l. 6. Met. Ouid.

61 Apollo à παίειν, aut παιᾶνειν τὰς ἀνίας, aut acclamatione ἰὴ παιᾶν.

62 Diana.

63 Nioben Tantali filiam, vxorem Amphionis.

64 Iouis ex Antiope filius, Thebanus.

65 Quatuordecim numero, filios septem, totidemque filias, vide AElian. Var. hist. l. 12. c. 36.

66 Apolline & Diana Iouis ex Latona filijs.

67 Quæ *triginta capitum fœtus enixa.* Virg. AEn. 3. & 8.

68 Vt suas virtutes aut formam tibi vsque obijciat?

69 Plus habet amaritudinis superbia eius quam est dulcedinis ex grauitate morum & forma.

70 Herbæ amarissimi succi.

71 Tam indulgens & vxorius?

60 *Parce precor* 61 *Pæan, &* 62 *tu depone sagittas,*
Nil pueri faciunt, ipsam configite 63 *matrem,*
64 *Amphion clamat. sed Pæan contrahit arcum.*
Extulit ergo 65 *gregem natorum, ipsumq; parentem,*
Dum sibi nobilior 66 *Latonæ gente videtur,*
Atque eadem 67 *scrofa Niobe fœcundior alba.*
Quæ tanti grauitas? quæ forma, 68 *vt se tibi semper*
Impune? huius enim rari, summíque voluptas
Nulla boni, quoties animo corrupta superbo
69 Plus 70 aloes, quàm mellis habet. *quis* 71 *dedi-*
tus autem
Vsque adeo est, vt non illam, quam 72 *laudibus effert*
73 *Horreat? inq; dies* 74 *septenis oderit horis?*
Quædam parua quidem, sed non toleranda maritis.
Nam quid rancidius, quàm quòd se non putat vlla
Formosam, nisi quæ 75 *de Thusca Græcula facta est?*
De 76 *Sulmonensi mera* 77 *Cecropis,* 78 *omnia Græcè,*
79 *Cùm sit turpe magis nostris nescire Latinè.*
Hoc sermone pauent, hoc iram, gaudia, curas,
Hoc cuncta effundunt animi secreta, quid vltra?
Concumbunt Græcè. 80 *dones tamen ista puellis:*
Tùne etiam, quam sextus & octogesimus annus
Pulsat, adhuc Græcè? non est hic sermo pudicus
In vetula, quoties lasciuum interuenit illud
81 Ζωὴ καὶ ψυχή. 82 *modò sub lodice relictis*
Vteris in turba: 83 *quod enim non excitat inguen*
Vox blanda, & nequam? 84 *digitos habet.* * *vt tamen*
omnes
Subsidant pennæ, dicas hæc mollius 85 *Æmo,*

72 Propter virtutes. 73 Ob superbiam. 74 Maiore diei parte, cum quinque tantùm horæ ex duodecim amori superfint. 75 De Itala Græca facta. 76 Sulmo oppidum Pelignorum. 77 Attica, à Cecrope primo Athenarum rege. 78 Omnia Græce, sc. proferunt. 79 Cum Latini conueniat magis Latinè. videtur alluisse ad Ciceronis illud in Bruto: *Non enim tam præclarum est scire Latinè, quàm turpe nescire.* 80 Tolerabilius hoc in puellis, tu verò quam, &c. 81 *Mea vita, mea anima.* vide Martialis ep. 68. l. 10. 82 Verba hæc quibus in lasciuis completibus sub lodice & stragulo vsa es, in publicum profers. 83 Cuius libidinem non incendit? 84 Lasciuia verborum non segnius incitat quam manus palpatio. 85 Mimo nobilissimo.

Quan-

Quanquam & [85] Carpophoro,* facies tua computat annos.
[a] Si tibi [86] legitimis pactam, iunctamq́, tabellis
Non es amaturus, ducendi nulla videtur
Causa, nec est quare cœnam, & [87] mustacea perdas
[88] Labente officio, crudis donanda; [89] nec illud,
Quod prima pro nocte datur, cum lance [90] beata
[91] Dacicus, & scripto radiat Germanicus auro.
[b] Si [92] tibi simplicitas vxoria, deditus vni
Est animus, submitte caput ceruice parata
Ferre iugum: nullam inuenies, quæ parcat amanti.
[93] Ardeat ipsa licet, tormentis gaudet amantis,
Et spolijs. igitur longe minus vtilis illi
Vxor, quisquis erit bonus, optandúsque maritus.
Nil vnquam inuita donabis coniuge: vendes
Hac obstante nihil: nihil, hæc si nolit, emetur.
Hæc dabit affectus, ille excludetur amicus
Iam senior, cuius [94] barbam tua ianua vidit.
[95] Testandi cum sit lenonibus, atque lanistis
Libertas, & iuris idem contingat [96] arenæ,
[97] Non vnus tibi [98] rivalis dictabitur heres.
[99] Pone crucem seruo: [1] meruit quo crimine seruus
Supplicium? quis testis adest? quis detulit? audi,
Nulla vnquam de morte hominis cunctatio [2] longa est.
[3] O demens, [4] ita seruus homo est? [5] nil fecerit, esto,
Hoc volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas.
Imperat ergo viro: sed mox [6] hæc regna relinquit,

* Quod si omnes adhibueris vocis ingenijque neruos & artes ad irritandam Venerem & vt placeas: rugosa tamen facies te annosam prodit. vide Martialis epigr. 23. l. 6.

a *Dilemma, aut amaturus es aut non: si non amaturus es, cur ducis? si amaturus, miser eris.*

86 Sponsalibus tab. legitime contractis.

87 Cibaria dulcia musto conspersa, quæ sub finem conuiuij dari in nuptialibus cœnis solita.

88 Discedentibus iam qui officij nuptialis gratia conuenerant, vt labi officio stomachi, quia addit, *crudis donanda.*

89 Nec est cur perdas illud quod depositæ virginitatis præmium nonæ nuptæ à marito prima nocte datur.

90 Diuite

91 Nummi aurei signati imagine Domitiani Dacici & Germanici cognominati ob victorias Dacorum & Germanorum.

b *Alterum argumenti membrum.*

92 Si simpliciter vxorius es, velisq́ne vxori in omnibus morem gerere. 93 Ipsa licet te redamet, gaudet tamen te torquere molestijs & spoliare bonis. 94 Primam, qui ab adolescente te patronum coluit. Iuuenes enim barbam alebant ad ætatis annum xxj. deinceps radebantur. 95 Testamenta condendi. 96 Gladiatoribus. 97 Ex edicto tamen vxoris cogeris inscribere heredes è rivalibus tuis non paucos. 98 Ὁμογάστορας. proprie qui eundem riuum habet communem. 99 *Vxor iubet* seruum cruciari. 1 *Tu quæris.* 2 Nimis longa potest esse. 3 *Ait* vxor. 4 Tu tantum homo est seruus? 5 Esto quod nil admiserit, adfigatur tamen. 6 Hæc adest cum marito, vbi regnauit impetiosa.

Per-

Permutatq́, domos, & [7] flammea conterit,[8] inde
Auolat, & spreti repetit vestigia [8] lecti.
Ornatas paulò antè fores, pendentia linquit
[9] Vela domus, & adhuc [9] virides in limine ramos.
Sic crescit numerus, sic fiunt [10] octo mariti,
[11] Quinque per autumnos: [12] titulo res digna sepul-
Desperanda tibi salua concordia socru: (chri.
Illa docet spolijs [13] nudi gaudere mariti:
Illa docet missis à [14] corruptore tabellis
Nil rude, nil simplex rescribere: decipit illa
[15] Custodes, aut ære domat: tunc [16] corpore sano
Aduocat [17] Archigenem, [18] onerosaq́, pallia iactat.
Abditus interea latet, & secretus adulter
Impatiensq́ moræ pauet, & [19] præputia ducit.
Scilicet expectas, vt tradat mater honestos,
Aut alios mores, quàm quos habet? [20] *vile porrò*
Filiolam turpi vetulæ producere turpem.
[21] Nulla ferè causa est, in qua non fœmina litem
Mouerit, accusat [22] Manilia si rea non est.
Componunt ipsæ per se, formantq́, [23] libellos,
[24] Principium atque locos [25] Celsò dictare paratæ.
[26] Endromidas Tyrias, & fœmineum [26] ceroma
Quis nescit? aut quis non vidit vulnera [27] pali
Quem cauat assiduis sudibus, scutóque lacessit,
Atque omnes implet [28] numeros? dignissima prorsus
[29] Florali matrona tuba: nisi si quid in illo
Pectore plus agitat, [30] veræq́, paratur arenæ.
Quem præstare potest mulier [31] galeata pudorem
Quæ fugit à sexu, [32] vires amat? hæc tamen ipsa

4 Sæpiùs nubendo terit, *vel* priora lacerat & noua sumit flammea, i. velamenta rubei coloris quibus nouæ nuptæ caput cooperiebatur.

8 A secundo illo ad alium, & mox ad alium, & quandoque reuertitur ad primũ maritum.

9 Quibus ornari solebant limina in festiuitate nuptiali. *supra* vers. 80.

10 Nec enim vltra octauum licebat illi nubere, *Non consulum sed maritorum numero annos suos computant, &c. Senec. 3. de Benef 16.*

11 Quinque annis.

12 *Iron.* sepulchris a mulieribus inscribebantur maritorũ nomina.

13 Ad paupertatem redacti ex sumptu & nequitia vxoris.

14 M. Ecclo.

15 Adhibitos à marito qui vxorem suspectam obseruent & custodiant.

16 Filiæ, quæ sana cum sit, ægritudinem simulet.

17 Medicum.

18 Abijcit à filia tanquam ægra nec sufferre valente.

19 Μακροπρώϊς.

20 Quæstum facit ex filiæ adulterijs.

21 In foro etiam causas agunt mulieres. 22 Meretrix, cui Hostilius Mancinus ædilis Curulis diem dixit, quod ab ea lapide noctu percussus sit. Agel. 4. 14.

23 Pleas. risconsulto nobili. 24 Exordium, atque locos argumentorum. 25 Oratori & in-

26 Vide Sat. 3. vers. 103. & 68. has a. purpureas & molliores.

27 Ad quem in terra defixum fœminæ se exercent tanquam tyrones, vt simulata pugna, feriendi, insiliendi recedendi veram disciplinam ediscant. Vegetius. 28 Motuum, & exercitationum militarium. 29 Vt tubæ sonitu vocata nudato corpore in Floralibus discurrat. 30 Ad veram gladiaturam in arena. 31 Cui frontem perfricuit galea.

32 Virilia exercitia & arma.

Vir

Vir nollet fieri. nam [33] *quantula noſtra voluptas?*
Quale decus rerum, ſi coniugis auctio fiat:
Balteus, & [35] *manicæ, &* [36] *criſtæ,* [37] *cruriſq; ſiniſtri*
Dimidium tegmen: vel ſi [38] *diuerſa mouebit*
Prælia, [39] *tu felix ocreas vendente puella.*
[40] *Hæ ſunt, quæ tenui ſudant in* [41] *cyclade, quarum*
[42] *Delicias & pannículus bombycinus vrit.*
Aſpice, quo fremitu monſtratos perferat ictus,
Et quanto galeæ curuetur pondere, [43] *quanta*
Poplitibus ſedeat, [44] *quàm denſo faſcia libro,*
Et ride poſitis [45] *ſcaphium cum ſumitur armis.*
Dicite vos [46] *neptes Lepidi, cæciue Metelli,*
Gurgitis, aut Fabij, quæ [47] *Ludia ſumpſerit vnquam*
Hos habitus? quando ad palum gemat vxor [48] *Aſylli?*
Semper habet lites, alternaq; iurgia lectus,
In quo nupta iacet. minimum dormitur in illo.
Tunc grauis illa viro, tunc [49] *verba tigride peior,*
Cum ſimulat gemitus occulti conſcia facti,
Aut odit [50] *pueros, aut ficta pellice plorat*
[51] *Vberibus ſemper lacrymis, ſemperque paratis*
[52] *In ſtatione ſua, atque* [53] *expectantibus illam,*
Quo iubeat manare modo: tu credis amorem,
Tu tibi tunc [54] *curruca places, fletúmque labellis*
[55] *Exſorbes, quæ ſcripta, & quas lectare tabellas,*
Si tibi [56] *zelotypæ retegantur ſcrinia mœchæ.*
Sed [57] *iacet in ſerui complexibus, aut equitis. dic,*
Dic aliquem ſodes, dic [58] *Quintiliane colorem.*
[59] *Hæremus.* [60] *dic ipſa.* [61] *olim conuenerat, inquit,*
Vt faceres tu quod velles, nec non ego poſſem

33 Præ fœminea. notum eſt Tireſiæ arbitrium ſuper contentione Iouis cum Iunone. Metam. 3.

34 Qualis erit mundus & ornatus muliebris, ſi venalis exponatur grauis armatura illius tanquam Samnitis gladiatoris.

35 Gaunt-leta.

36 Galearum pinnæ.

37 Protendebant militares ſiniſtrum pedem in pugna quem aduerſos hoſtium ictus ferro tegebant.

38 Retiariorum, mirmillonum & varia genera pugnæ.

39 O te felicem, cuius vxor crurum armaturas habet quas vendat. *Iron*

40 Et tamen hæ ſunt, quæ—

41 Leui & tenuiſſimo velamento rotundo.

42 Delicatum corpus.

43 Dum genua flectit reclinato corpore ad euitandos ictus.

44 Quàm denſo voluminе replicetur illi ſuccinctæ faſcia.

45 Matellam.

46 Matronæ nobiliſsimis oriundæ viris Lep. Metello, & Fab. Gurgite. 47 Vxor Ludij alicuius. 48 Gladiatoris. 49 Orba catulis qua nullum animal truculentius, vide quæ ad 18. ep. Martial. lib. Spectac. 50 Liberos in fictum odium tui quem pellicatus inſimulat. *vel* ſeruos inſectatur. 51 Abundantibus. 52 Metaphorà militibus. 53 Quaſi ſignum ab illa datum. 54 Vt ſuis illa enculi ova pro ſuis foueat, ita tu ſuppoſitos & alienos liberos pro tuis alens, &c. 55 Dum ipſam oſculatus conſolaris. 56 Quæ adulterij ſibi male conſcia, ſcelus ſuum vt tegat, te ſuſpicione pellicis vexat. 57 Si deprehenſa ſit. 58 Dic ô oratorum diſertiſsime colorem aliquem *vel* rationem ad defenſionem vel excuſationem ſceleris. 59 Non habeo, *inquis orator*, quæ poſſim excuſare. 60 Dic ipſa, *inquit maritus vel* Poeta. 61 *Verba vxoris.*

In-

Indulgere mihi. clames licet,[62] *& mare cœlo*
Confundas:[63] *homo sum.*[64] nihil est audacius illis
Deprensis, iram atque animos[65] à crimine sumunt.
[66] *Vnde hæc monstra tamen, vel quo de fonte requiris?*
Præstabat castas humilis fortuna Latinas
Quondam, nec vitijs contingi parua sinebat
Tecta labor, somniq; breues, &[67] *vellere Thusco*
Vexatæ, duræq; manus, ac[68] *proximus vrbi*
Annibal, &[69] *stantes Collina in turre mariti.*
Nunc patimur longæ pacis mala: sæuior armis
Luxuria incubuit,[70] *victúmque vltiscitur orbem.*
Nullum crimen abest facinúsque libidinis, ex quo
Paupertas Romana perit.[71] *hinc fluxit*[72] *ad istos*
Et Sybaris colles, hinc[73] *& Rhodos, & Miletos,*
[74] *Atque coronatũ & petulans madidumq; Tarentũ.*
Prima peregrinos[75] obscœna pecunia mores
Intulit, & turpi[76] fregerunt secula luxu
Diuitiæ[77] molles. quid enim[78] Venus ebria curat?
Inguinis &[79] *capitis quæ sint discrimina nescit.*
Grandiã[80] *quæ medijs iam noctibus*[81] *ostrea mordet,*
Cùm[82] *perfusa mero spumant vnguenta Falerno,*
Cum bibitur[83] *concha, cum iam*[84] *vertigine tectum*
Ambulat, &[85] *geminis exsurgit mensa lucernis.*
I nunc, & dubita qua sorbeat aëra[86] *sanna*
[87] *Tullia, quid dicat notæ*[87] *Collacia*[88] *Mauræ,*
Maura[89] *Pudicitiæ veterem cum præterit aram.*

62 Omnia. vide Sat. 2. vers. 25. quod Lucianus dicit τῇ γῇ τὸν οὐρανὸν ἐχθρὸν ἀναπεμπίχθαι. in Prometheo.
63 Mulier nata sum, inquit illa cui per sexus imbecillitatem errare in proclini est.
64 Hæc Poeta.
65 E deprenso crimine maior prorumpit malitia & impudentia.
66 Quæ tandem causa est prodigiosæ huius nequitiæ totium scilicet, opulentia & luxus.
67 Tractando lanam Thuscam.
68 Bella præ foribus, hostis in Italia.
69 In Excubijs ad portam Collinam, cum Annibal tertio ab vrbe lapide castra posuisset.
70 Nos orbis victores vicit luxuria.
71 Ex victorijs nostris & rerum affluentia.
72 Ad septem istos (alij *Istros* legunt, non tam ex huius loci scopo) Romæ colles fluxere deliciæ Sybaritarum, populi in ea Italiæ parte quæ magna Græcia dicta est, omni deliciarum genere effœminati.
73 Luxuria Græca, Asiatica. Miletos n. ciuitas est in finibus Ioniæ & Cariæ, in Asia minori, & Rhodos insula in mari Carpathio Cariæ adiacens. 74 Mollicies & ebrietas Tarentinorum, qui coronati & vnguentis madidi potabant. est autem Tarentum ciuitas Calabriæ. 75 Metonymia effecti. 76 Corruperunt prisci temporis frugalitatem & pudicitiam. 77 Ab effectu. 78 Libidini addita ebrietas, libidinosa & ebria mulier. 79 Oris, fellatrices notat. 80 Quæ Ven ebr. 81 Ad Venerem instigantia, vt & omnia conchylia. 82 Vina vnguentis miscentur. eò inualescente luxuria vt odorem prodigum ex vtraque corporis parte captarent. *Si foliata fitis.* Martial. 14. l. 110. ep. 83 Poculo capaci. 84 Circumnoli videtur, quod fit vbi turbidi spiritus è ventriculo copiosè ad cerebrum ascendunt. 85 Vbi oculorum nervis potu distentis & debilitatis distrahuntur radij. 86 Ῥόγχος τῆς λεπτῆς καὶ μικρᾶς λεκάνης. 87 Μύζηλε. 88 Ἑταιριστρίας καὶ πολυτελοῦς. 89 Deæ pudicitiæ. *Sanctior.* cuius aræ vel pudicis inde cultæ fuisse oportuit

Noctibus

Noctibus hîc [90] *ponunt lecticas, micturiunt hîc,*
Effigiémque deæ longis [91] *ſiphonibus implent,*
[92] *Inq; vices equitant,* [93] *ac luna teſte mouentur;*
Inde domos abeunt: [94] *tu calcas* [95] *luce reuerſa*
Coniugis [96] *vrinam magnos* [97] *viſurus amicos.*
[98] *Nota Bonæ ſecreta deæ, cum tibia* [99] *lumbos*
Incitat, & cornu pariter vinóque feruntur
Attonitæ, crinêmque rotant [1] *vlulante Priapo*
[2] *Mænades. ô quantus tunc illis mentibus ardor*
Concubitus! quæ vox ſaltante libidine, quantus
Ille [3] *meri veteris per crura madentia torrens!*
[4] *Lenonum ancillas poſita* [5] *Lauſella* [6] *corona*
Prouocat, [7] *& tollit pendentis præmia coxæ.*
[8] *Ipſa* [9] *Medullinæ frictum criſſantis* [10] *adorat.*
[11] *Palmam inter dominas virtus natalibus æquat.*
Nil ibi per ludum ſimulabitur, omnia fient
Ad verum, quibus incendi iam frigidus æuo
[12] *Laomedontiades, &* [13] *Neſtoris* [14] *hernia poſſit.*
Tunc prurigo moræ impatiẽs, tunc [15] *fœmina ſimplex,*
Et pariter toto [16] *repetitur clamor ab antro.*
[17] *Iam fas eſt, admitte viros, dormitat adulter?*
Illa iubet ſumpto iuuenem properare [18] *cucullo:*
Si nihil eſt, ſeruis incurritur: abſtuleris ſpem
Seruorum? veniet conductus aquarius: hic ſi
Quæritur, & deſunt homines, mora nulla per ipſam,
Quò minus impoſito clunem ſubmittat aſello.
Atque vtinam ritus veteres, [19] *& publica ſaltem*

90 Conuumbunt.
91 Vrina per veſicæ & naturæ meatus prorumpente tanquam per ſiphonas, i. fiſtulas ceu tubos.
92 ἐφ' ἅλλοτε καὶ παρὰ φύσιν ἀνδριζόντες.
93 Noctu quidem, ſed luna teſte.
94 O marite.
95 Manè prox.
96 In platea Pudicitiæ deæ ſparſam.
97 Salutaturus patronos.
98 Et nouimus quã flagitioſa ſint ſecreta Bonæ deæ, de qua in Sat. 2 v. 85.
99 Ad ſaltandum, *al* ad libidinem, vt Perſ Sat. 1. *Cum carmina lumbum intrant.*
1 Non minore ſcelerum rabie in his quaſi Priapæis ferunt quam Bacchi ſacerdotes in Bacchanalibus. Alij leg. *vlulántque Priapi Mænades.* i. hæ non minore vlulatu inclamant Priapum quam illæ Bacchæ Mænades Bacchum.
2 Furore percitæ Bacchæ, à μαίνεσθαι, i. furere.
3 Οὖρα, ἐκ

μίδης καὶ πόδα ἀφροδισίης, κινεμένης. 4 Publicas meretrices & proſtitutas. 5 Matrona. 6 Præmio certaminis nefandi. Reſpicit fortè certamen & palmam Meſſalinæ, de qua vide Plin. hiſt. l. 10. c. 63. 7 Vincit. 8 Mox & ipſa Lauſella. 9 Matronæ quæ Val. Claudio nupſit. 10 Γυνὴ ὀπτηλευομένη τρίβει. 11 Et libidinis victoria æquatur nobilitati generis. 12 Priamus filius Laomedontis iam ſenior 13 Grandæuus & hernioſus Neſtor. 14 Celaſcen. rames vbi in inteſtina humor aliquis, vel omentum in ſcrotum deciderit. 15 Non ſufficit vmbratilis opera ὀλίσβῳ, virum verè deſiderat. 16 Ab omnibus mulieribus. 17 Iam ô lanitrix, licetne viris ingredi ad ſacra hæc Bonæ deæ. 18 Ne cognoſcatur. 19 Γυναικείαν, pro ſalute publica nancupata.

His

His intacta malis agerentur sacra: sed omnes
Nouerunt [20] *Mauri atque Indi,* [21] *quæ psaltria penè*
Maiorem, quàm sint duo Cæsarus [22] *Anticatones,*
[23] *Illuc,* [24] *testiculi sibi conscius vnde fugit mus,*
Intulerit, vbi velari pictura iubetur,
Quæcunque [25] *alterius sexus imitata figuram est.*
Et [26] *quis tunc hominũ contemptor numinis? aut quis*
[27] *Simpuuium ridere Numæ, nigrúmque catinum,*
Et [28] *Vaticano fragiles de monte patellas*
Ausus erat? sed nunc ad quæs non [29] *Clodius aras?*
Audio quid veteres olim moneatis amici:
[30] *Pone seram, cohibe. sed quis custodiet ipsos*
Custodes? cauta est, & ab [31] *illis incipit vxor.*
Iamq́, eadem summis pariter, minimisq́; [32] *libido est,*
Nec melior, [33] *pedibus silicem quæ conterit atrum,*
Quàm quæ [34] *longorum vehitur ceruice Syrorum.*
Vt spectet [35] *ludos, conducit* [36] *Ogulnia vestem,*
Conducit comites, sellam, ceruical, [37] *amicas,*
Nutricem, & [38] *flauam cui det mandata puellam.*
Hæc tamen argenti superest quodcunque paterni
Leuibus athletis, ac vasa [39] *nouissima donat.*
Multis res angusta domi est, [40] sed nulla pudorem
Paupertatis habet, nec se metitur ad illum
Quem dedit [41] hæc posuítque modum. tamen vtile quid sit
Prospiciunt aliquando viri, [42] frigúsque famemq́;
[43] Formica tandem quidam expauere magistra.
[44] Prodiga non sentit pereuntẽ fœmina censum,

20 Remotissimi, sub sole Occidente & Oriente degentes.

21 P. Clodius sub specie & habitu Psaltriæ ad constuprandam Pompeiam Cæsaris vx. ingressus est ædes Cæs. in quibus peragabantur sacra Bonæ deæ, maribus non adeunda.

22 Libri duo, quos Cæsar scripsit contra Catonem Vtic. quem Cicero libro laudauerat, cum vero complicari essent in modum Cylindri assimilat eos poetapeni.

23 In ædes Prætoris in quibus celebrabantur sacra Bonæ deæ.

24 Masculus mus.

25 Masculi. Sen. epist. 97. *Ita submotis extra conspectum viris vt picturæ quoque masculorum animalium contegantur.*

26 Olim nemo religionem vitæ simplicem contemnere ausus est.

27 Vas ligneum, vel, vt alijs placet, fictile à Numa in sacris adhibitum. Plin. l. 35. c. 12. Vide Iunij animadvers. lib. 2. c. 10.

28 Fictiles ex argilla è monte Vaticano. 29 Mœchi, Clodij similes. 30 Vxorem contine, coerce domi clausam, atque adhibitis custodibus. 31 Custodibus. 32 Neque iam mulieres pauperes minus furunt libidine, quàm diuites, neque impensis parcunt magis. 33 Nutris, *periphrasis mulieris ignobilis & pauperis.* 34 Procerorum ex Syria lecticariorum. *periphrasis mulieris nobilis & diuitis.* 35 Circenses & theatrales. 36 Ambitiosa pauperula. 37 Tanquam clientas. 38 Pulchram vel flauicomam. 39 Vltima, nec sibi quicquam reliqui facit. 40 Nulla tamen pudore paupertatis inhibetur, ne reprehendatur & derideatur ab aliis, si cultus & sumptus, vltra fortunæ suæ modum, vela pandat. *vel,* non est pudica & frugalis, vti decet pauperem. 41 Paupertas. 42 De cultu & victu solicitæ sibi prospiciunt. 43 Formi, magistra & exemplo prouidentiæ & laboris. 44 At fœm. prodiga non consulit rei suæ, nec tu.

At velut exhausta[45] *redeuntis pullulet arca*
Numus, & è pleno semper tollatur acerno,
Non vnquam reputant, quanti sibi gaudia constent.
Sunt quas eunuchi[46] *imbelles, ac*[47] *mollia semper*
Oscula delectent, &[47] *desperatio barbæ,*
Et quòd[48] *abortiuo non est opus, illa voluptas*
Summa tamen, quòd iam calida & matura iuuentâ
[49] *Inguina traduntur medicis, iam*[50] *pectine nigro.*
Ergo expectatos, ac iussos[51] *crescere primùm*
Testiculos, postquàm cœperunt esse bilibres,
[52] *Tonsoris damno tantum rapit*[53] *Heliodorus.*
[54] *Conspicuus longe, cunctisq; notabilis intrat*
Balnea, nec dubie[55] *custodem vitis, & horti*
Prouocat à domina factus spado. dormiat ille
Cum[56] *domina. sed tu*[57] *iam durum Postbume, iamq;*
Tondendum eunucho[58] *Bromium committere noli.*
Si gaudet cantu, nullius[59] *fibula durat*
[60] *Vocem vendentis prætoribus.*[61] *organa semper*
In manibus,[62] *densi radiant testudine tota*
Sardonyces,[63] *crispo*[64] *numerantur*[65] *pectine chordæ,*
Quo tener[65] *Hedymeles operâ dedit, hunc tenet, hoc*
Solatur,[66] *gratóque indulget basia plectro.*
Quædam de numero[67] *Lamiarum, ac nominis alti*
Cum[68] *farre &*[69] *vino Ianum, Vestamq; rogabat,*
An[70] *Capitolinam deberet*[71] *Pollio*[72] *quercum*

45 Ex mortuo consumptoq; redinjuus renascatur.
46 Ad impregnandum impotentes, coëunt n. sed nihil emittunt. Scalig. Exerc 175. Sic Aetius l. 6. οἱ τεθλασμένοι ποτὲ μὲν σπυρσίας ὀρέγονται. Et Polybius περὶ γονὴς λαγνευτὴ μὲν γὰρ ἀφίασιν, ὀλίγον δὲ, καὶ ἀσθενές, καὶ ἄγονον. vide & Basil. de vera virginitate. Aphrodis. probl. l. 4. & Martialis ep. 67. l. 6.
47 Eunuchorum qui imberbes & leues sunt inopia caloris, qui pilos creat.
48 Potione abortum faciente.
49 Testes trad. euellendi chirurgis, quorum opus prius & ad medicos pertinebat.
50 Crine pubescente.
51 Ad iustam magnitudinem priusquam euellantur. 52 Cui eunuchi imberbes nihil lucri afferunt. 53 Chirurgus.
54 Et ille spado conspicuus longè. 55 Priapum. 56 Tua ô Vrsidi vxore, potius quàm concubino quem τέρατον ἀνδρογύνου διαφθείρει. Ios. Scal. in Catullum vult *tradere eunucho* significare ὄρχιζειν. i. *castrare*. q.d. Noli itaque tu ô Posthume castrare catamitum iam grandiorem, ne forte vxori tuæ vsui sit. 57 Pubescentem & grandem concubinum tuum, pectine iam duro exoletum, nec diutius habendum inter comatos. 58 Puerum delicatum & comatum instar Bacchi intonsi, qui Bromius dicitur. 59 Supra vers. 73. 60 Citharœdi à prætore lodos edente ad canendum conducti. 61 Instrumenta musica. 62 Gemmæ copiosæ ornant testudinem. vel digiti annulis & gemmis radiantes pulsant testudinem. 63 Plectro è calamo vel pilis crispatis. 64 Percutiuntur. 65 Citharœdus. 66 In gratiam prioris domini. 67 Nobilium. Lamia a familia originem duxit à Lamo Formiarum rege & conditore. 68 Sacrificio. 69 Vetera & prima Romanorum numina. 70 In certamine musico à Domitiano inter alia Ioni Capitolino instituto. 71 Citharœdus & amasius fuit. 72 Coronâ è quercu. quod præmiũ erat victoribus in quinquennali certamine triplici, Musico, equestri, gymnico, à Domitiano in honorẽ Ioui Capitolini instituto. vide Martial. ep. 54. l. 4.

Spe-

Spærare, & fidibus promittere. quid faceret plus
Ægrotante viro? medicis quid[73] *triſtibus erga*
Filiolum? ſtetit ante aram, nec turpe putauit
Pro[74] *cithara*[75] *velare caput,*[76] *dictatáque verba*
Protulit (vt mos eſt) & aperta[77] *palluit agna.*
Dic mihi nunc quæſo,[78] *dic antiquiſſime diuûm,*
Reſpondes his Iane pater? magna ocia cœlo.
Non eſt (vt video) non eſt, quod agatur apud vos.
Hæc de comœdis te conſulit, illa tragœdum
Commendare volet,[79] *varicoſus fiet aruſpex.*
Sed cantet potius, quàm totam peruolet vrbem
Audax, & cœtus poſſit quàm ferre virorum,
Cúmque[80] *paludatis ducibus præſente marito*
Ipſa loqui[81] *recta facie,*[82] *ſtrictíſque mamillis.*
Hæc eadem nouit, quid toto fiat in orbe,
Quid[83] *Seres, quid Thraces agant, ſecreta noueræ,*
Et pueri, quis amet, quis decipiatur adulter,
Dicet quis viduam prægnantem fecerit, & quo
Menſe, quibus verbis concumbat quæq;, modis quot.
Inſtantem regi[84] *Armenio, Parthóque cometen*[85]
Prima videt: famam, rumoréſque illa recentes
Excipit ad portas, quoſdam[86] *facit iſſe*[87] *Niphaten*
In populos, magnóque illic cuncta arua teneri
Diluuio;[88] *nutare vrbes, ſubſidere terras,*
Quocunque in triuio, cuicunque eſt obuia narrat.
Nec tamen id vitium magis intolerabile, quàm quòd
Vicinos humiles rapere,[89] *& concidere loris*
Exorata[90] *ſolet. nam ſi latratibus alti*
Rumpuntur ſomni: fuſtes huc ocyus, inquit,
Adferte, atque illis[91] *dominum iubet antè feriri,*
Deinde canem: grauis occurſu, teterrima vultu
Balnea nocte ſubit:[92] *conchas, &*[93] *caſtra moueri*
Nocte iubet,[94] *magno gaudet ſudare tumultu,*

73 Vepote deſperantibus.
74 Ipſo citharœdo.
75 Rem diuinam facere & vota nuncupare, quod ex inſtituto vet. faciebant velati.
76 A ſacerdote verbis præeunte.
77 Subtimidâ & dubia an votis exta agnæ ſeliciter reſponderent.
78 Regnabat n. in Italia ante Saturnum quem regno pulſum hoſpitio excepit.
79 Dum multum diuque ſtat deos conſulens, ſanguine craſſo & melancholico in pedum venas delabente fiet varicoſus 6. Aphor. 21.
80 Paludamento indutis, quod militaris imperatoria veſtis eſt.
81 Inuerecunde, impudenter.
82 Exertis è ſinu.
83 Scythiæ Aſiaticæ pop.
84 Exitium portendentem. *mutantem regna cometen. Lucan. 1.*
85 Rom. nomini infenſo.
86 Ipſa fingit ſpargitque rumorem.
87 Armeniæ mai. fluuium inundaſſe.
88 Tertæ motu, & hiatu.
89 Pauperes vicinos.
90 Ne quid crudelius in eos ſtatuat.
91 Dom. latrantis canis. 92 Vaſa ampla. 93 Sarcinas & inſtrumenta balneatoria. *Metaphorâ militem excitandum.* 94 Ambitioſo ſtrepitu ſeruis moleſto, vel, exercitio ad ſudorem excitandum.

Cum

Cum lassata graui ceciderunt brachia [95] *massa,*
Callidus & [96] *cristæ digitos impressit aliptes,*
Ac summum dominæ femur [97] *exclamare coëgit.*
Conuiuæ miseri interea somnóque fameque
Vrgentur. tandem illa venit [98] *rubicundula, totum*
[99] *Oenophorum sitiens, plena quod* [1] *tenditur vrna*
Admotum pedibus, de quo [2] *sextarius alter*
Ducitur ante cibum rabidam facturus orexim,
Dum redit, & terram [3] *loto ferit intestino.*
[4] *Marmoribus* [5] *riui properant, aut lata* [6] *Falerno*
[7] *Peluis olet, nam sic* [8] *tanquam alta in dolia longus*
Deciderit serpens, bibit, & vomit. ergo maritus
Nauseat, atque [9] *oculis bilem substringit opertis.*
Illa tamen grauior, quæ cum discumbere cœpit,
Laudat Virgilium, [10] *perituræ ignoscit Elisæ,*
Committit vates, & comparat inde Maronem,
Atque alia parte in trutina suspendit Homerum.
Cedunt grammatici, vincuntur rhetores, omnis
Turba tacet, nec causidicus, nec præco loquatur,
Altera nec mulier: verborum tanta cadit vis,
[11] *Tot pariter pelues, & tintinnabula dicas*
Pulsari: iam nemo [12] *tubas atque æra fatiget,*
Vna [13] *laboranti poterit succurrere iunæ.*
[14] *Imponit finem sapiens & rebus honestis.*
Nam quæ docta nimis cupit & facunda videri,
[15] *Crure tenus medio tunicas succingere debet,*
[16] *Cædere Syluano porcum,* [17] *quadrante lauari.*
Non habeat matrona, tibi quæ iuncta recumbit,
[18] Dicendi genus, *aut* [19] *curtum sermone* [20] *rotato*

95 Plumbea, quam in balneis agitabant qui sudare volebant.
96 Pudend.
97 Crepitum concauæ manus inter vngendum illisa edere, *vel* obiicerimus quid poppysmæ.
98 A sudore, & balneis.
99 Vas vinarium amplum.
1 Impletur, *vel* præbetur.
2 Vnum & alterum exhaurit sextarium, vt vomitu ventriculum lauet & appetitum prouocet, vide Martial. ep 6. l 7. in.
3 Vomitu quo abluit & purgat stomachum.
4 Per pauimentum marmoreum.
5 Vomitus.
6 Quod hauserat vt reuomeret.
7 In quam euomuit.
8 Non secus ac serpens qui natura vini auidissimus. Plin. l. 10. c. 71 si in doliis ceciderit, bibit & vomit, vomit & bibit.
9 Vt compescat vomitum, *vel* indignationem.
10 Vt quæ non sine causa, *vel* quæ ex amoris impatientia sibi mortem conscierit.

11 In tantum sonora est. 12 Nil opus est tubarum & pelaium crepitu, quo credit superstitiosum vulgus succurri posse lunæ laboranti. vide quæ ad Senecæ Hippolyt. v. 780. 13 Eclipsim patienti. 14 Etiam philosophatur, & de summo bono statuit. 15 Sumat hunc oratoris vel Peripatetici habitum. 16 Non Cereri vt mulier, sed tanquam vir Syluano. *vel* Epicuream professa c. Syl. porcum. 17 Aut Stoica quadrante lau. *Hor. Sat. 3. lib. 1. Dum in quadrante lauatum, &c.* 18 Rhetoricam. 19 Cui altera propositio desit. 20 Succincto, conuersione conclusa, quod Cicero *versum*, Aristot. συνεσταλμενον appellat. *vel*, circulari.

Torqueat [21] *enthymema, nec hiſtorias ſciat omnes,*
Sed quædam ex libris & non intelligat. odi
Hanc ego, quæ repetit voluitq; [22] *Palæmonis artem,*
Seruata ſemper lege, & ratione loquendi,
Ignotóſque mihi tenet [23] *antiquaria verſus,*
[24] *Nec curanda viris* [25] *Opicæ caſtigat amicæ*
Verba: [26] *ſolœciſmum liceat feciſſe marito.*
Nil non permittit mulier ſibi, turpe putat nil,
Cum [27] virides gemmas collo circumdedit, & cum
Auribus extenſis magnos commiſit [28] *elenchos.*
Intolerabilius nihil eſt, quàm fœmina diues.
Interea fœda aſpectu, ridendaq; multo
[29] *Pane tumet facies, aut pinguia* [30] *Poppæana*
Spirat, & [31] *hinc miſeri viſcantur labra mariti.*
Ad mœchum veniet lota cute. quando videri
Vult formoſa domi? [32] mœchis [33] foliata parantur.
His emitur quicquid [34] *graciles huc mittitis Indi.*
Tandem aperit vultum, & [35] *tectoria prima reponit,*
Incipit agnoſci, atque [36] *illo lacte fouetur,*
Propter quod [37] *ſecum comites educit aſellas*
Exul [38] *Hyperboreum ſi dimittatur ad axem.*
Sed quæ mutatis inducitur, atque fouetur
Tot medicaminibus, [39] *coctæq; ſiliginis offas*
Accipit & madidæ, facies dicatur, an vlcus?
Eſt operæpretium penitus cognoſcere toto
Quid faciant, agiténtque die. ſi nocte maritus
Auerſus iacuit, periit [40] *libraria. ponunt*
[41] *Coſmetæ tunicas, tardè veniſſe* [42] *Liburnus*
Dicitur, & pœnas [43] *alieni pendere ſomni*
Cogitur: [44] *hic frangit ferulas, rubet ille flagellis,*

21 Argumentum Dial. alteram partem animo concipiens, vnde & nomen habet. hîc pro vniuerſa Dialectica ponitur, q.d. nec habeat vxor tua Dialecticã.
22 Grammaticam. fuit a. Rhemnius Palæmon Grammaticus cùm excellentiſſimus tum arrogantiſsimus, Fab. Quintiliani præceptor.
23 Antiquitatum. vel, veterum poetarum, & mihi inauditorum verſus tenens. vel, antiquæ locutionis inueſtigatrix & Critica.
24 Non adeò ſolicitè vel ipſis viris obſeruanda & caſtiganda.
25 Barbarè loquentis, vide Sat. 3. v. 207.
26 Nec maritum vitioſe verba componentem corripiat. vide ep. 10. l. 11. Martial.
27 Monile è ſmaragdis.
28 Inaures, vniones oualem formam habentes.
29 Incruſtatione panis lacte aſinino macerati. Sat. 2. v. 107.
30 Vnguenta fragrantia à Poppæa Neronis vx. inuenta.
31 His coſmeticis.
32 Vt mœchis placeat.
33 Vnguẽta ex foliis Nardi, & aliis foliis odoris. Plin. 13. l. 1. c.
34 Ex ſolis æſtu, vt qui à Equinoctiali propiores ſint. vt contra pinguedo à frigore & humore.
35 Incruſtamenta coſmetica.
36 Aſinino quod teneram, erugatam & candidam reddit conſeruatóque cutem.
37 Vt Poppæa, quæ in exilium miſſa aſinas L. ſecum duxit in hunc vſum. Dio in Nerone, & Plin 41. c. 11. l.
38 Regiones Aquiloni ſubiacentes polo Arctico vicinas.
39 Candidi panis è ſiligine, faba aut oryza cocti macerátique lacte aſinino ad coſmeticen & faciem emendandam.
40 Ancilla quæ penſa librat & diſpenſit.
41 Ornatrices ponunt tunicas ad pœnas.
42 Seruus lectiearius è Liburnia.
43 Domini ſc.
44 Fraguntur in huius vertice vel dorſo virgæ è ferula.

Hic

Hic ſcutica. ſunt quæ [45] *tortoribus annua præſtent.*
Verberat, atque [46] *obiter faciem linit, audit amicas,*
Aut latum pictæ veſtis conſiderat aurum,
Et cædens [47] *longi relegit tranſacta* * *diurni,*
Et cædit, donec laſſis cædentibus, exi
Intonat horrendum, iam [48] *cognitione peracta*
[49] *Præfectura domo Sicula non mitior aula.*
Nam ſi conſtituit, ſolitóque decentius optat
Ornari, & properat, iamq; expectetur in hortis,
Aut apud [50] *Iſiacæ potius ſacraria lenæ:*
Componit [51] *crinem laceratis ipſa capillis*
[52] *Nuda humeros* [53] *Pſecas infelix, nudiſq; mamillis.*
[54] *Altior hic quare cincinnus? ſ* [55] *taurea punit*
Continuo flexi crimen, facinúſque capilli.
Quid Pſecas admiſit? quæ nam eſt hîc culpa puellæ,
[56] *Si tibi diſplicuit naſus tuus?* [57] *altera lævum*
Extendit, pectitq; comas, & voluit in orbem.
[58] *Eſt in conſilio matrona, admotaq;* [59] *lanis*
[60] *Emerita quæ ceſſat acu: ſententia prima,*
Huius erit, poſt hanc ætate atque arte minores
Cenſebunt: tanquam famæ diſcrimen agatur.
Aut animæ: tanti eſt quærendi cura decoris.
Tot premit [61] *ordinibus, tot adhuc* [61] *compagibus altè*
[62] *Ædificat caput:* [63] *Andromachen à fronte videbis,*
Poſt minor eſt: aliam credas, [64] *cedo ſi breue parui*
Sortita eſt lateris ſpacium, breuiórque videtur
Virgine [65] *Pygmæa nullis adiuuta* [66] *cothurnis,*
Et leuis erecta conſurgit ad oſcula planta.
Nulla viri cura interea, nec mentio fiet

45 Vt ſtrenuè ſeruos flagellent.
46 Et interim quaſi per otium.
47 Accipit rationes diei tranſactæ.
* Libri in quo ſingulorum dierum rationes ſcribebantur. Alii leg. *diri.*
48 Examine & iudicio.
49 Adminiſtrat & gubernat ædes, vel gubernatio huius domus non mitior eſt quàm Sic. aula crudeliſſimis tyrannis infamis.
50 Porticum vel templum Iſidis, in quo adulterorum & mœchorum conuentus & colloquia fiebant de adulteriis. *Multa Io fecit, quod fuit ipſa Ioui.* Ouid.
51 Dominæ, ipſa capillos laceratà domina.
52 Ad verbera ſi quid peccet.
53 Ancillæ nomen ſumptum ex Ouidio, qui ita Dianæ ornatricem nominat.
54 *Inquit Domina.*
55 Scutica ex tauro corio, vel pœnæ pœnas exigit male compoſiti crinis venia, perinde ac crimen ingens facinuſque fuiſſet. Mar. 2. 66
56 Si deformis ſit naſus tuus?

57 Ancilla alt. crinem à ſiniſtra parte componit. 58 Conuocatur ad conſilium. 59 Lanificio. 60 Quæ beberi *inquiunt interpretes per annos oculorum acie à lucendo ceſſat.* Ego de *acu crinali* dictum cenſeo, cuius hanc petiram olimque exercitam accerſit in conſilium. 61 Faſcijs & tiaris, vt altior videatur. *Celſa procul aſſibe frontis boueret. Sapphoſimilis.* 62 Ἐπιπλοκαῖς καὶ ὀγκωτικοῖς. 63 Proceram, qualisque coma. Papin. 1. Syl. 64 Quidni alia iam videatur? *vel* has illi tiaras indulge, vt naturam arte corrigat aut ſuppleat. 65 De Pygmæis quis non audiuit? qui Indiæ montium incolæ cubiti longitudinem non excedunt. 66 Altis calciamentis ſubere ſuffertus ſubleuatiſque. Herodæ. 2. 8. Hiſp. *Chopines.*

67 Dam-

67 Damnorum, viuit tanquam vicina marito,
Hoc solo propior, quòd amicos coniugis odit,
Et seruos, 68 grauis est rationibus. Ecce furentis
69 Bellonæ, matrisq; deûm 70 chorus intrat, & 71 ingens
72 Semiuir, 73 obscœno facies reuerenda minori,
Mollia qui rupta 74 secuit genitalia testa.
Iam pridem, cui 75 rauca cohors, cui 76 tympana ce-
Plebeia, & 77 Phrygia vestitur bucca tiara,
Grande sonat, metuiq; iubet Septembris, & 78 Austri
Aduentum, nisi se centum lustrauerit 79 ouis,
Et 80 xerampelinas veteres donauerit ipsi,
Vt quicquid subiti & magni discriminis instat,
In tunicas eat, & 81 totum semel expiet annum.
Hybernum fracta glacie descendet in amnem,
82 Ter matutino Tiberi mergetur, & ipsis
Vorticibus 83 timidum caput abluet. inde 84 superbi
Totum regis agrum, nuda ac tremebunda 85 cruentis
Erepet genibus, 86 si candida iusserit Io.
Ibit ad Ægypti finem, calidásque petitas
87 A Meroë portabit aquas, vt spargat in æde
Isidis, 88 antiquo quæ proxima surgit ouili.
Credit enim 89 ipsius dominæ se voce moneri.
90 En animam, & mentẽ, cũ qua dÿ nocte loquantur.
Ergo hic præcipuum, summúmque meretur honorem.
Qui grege 91 linigero circundatus, & grege 92 caluo
93 Plangentis populi currit 94 derisor 95 Anubis.
96 Ille petit veniam, quoties non abstinet vxor

67 Quæ vir eius hinc sustinet.
68 Per suos sumptus.
69 De his Sat. 2. v. 111.
70 Sacerdotum.
71 Corpore. *vel*, veneratione & existimatione.
72 Antistes cui execti sunt testes.
73 Reuerendus quod minori sit pene.
74 Sat. 2. v. 116.
75 Cantu, *vel*, quòd eunuchis vt & fœminis ex frigore, superfluí humoris abundantia arteriam asperam crassiorem reddens, vocis meatum angustat.
76 Sacerdotes minores tympana pulsantes.
77 Persis & Troianis in vsu infula, cuius lobi sub mento connectebantur.
78 Qui in Septembri flans febres & morbos generat.
79 Oua n, expiationibus, lustrationibúsque adhibebantur, ac præcipue in sacris Isidis.
80 Vestes coloris siccæ rosæ, vel cuiusmodi est in autumnalibus vitis frondibus.
81 Mala totius anni. 82 Pers. Sat. 2. *Tiberino in gurgite mergit, &c.* 83 Superstitiosum, superstitio n, ex inscitia & timore. 84 Campum Martium, quem, cum prius Tarquinij superbi ager fuisset, Brutus Marti consecrauit. 85 Rependo instar quadrupedis. 86 Si per sacerdotem vel somnium iusserit Isis, dea AEgyptia ex candida vacca Io facta. 87 Ex Meroe insula Nili sub zona torrida quam describit Heliodor. lib 10. 88 Quæ vicina est ouili extructo in Martio campo in memoriam Romuli & Remi qui ibi pecora pascebant. Sunt qui de septis intelligunt, in quibus clandebatur populus ad suffragia. de his vide quæ ad Martialis Ep. 14. 1. 2. e. 89 Isidis in somnis inbentis. 90 *Epiphonema Ironicon.* 91 Capite raso in Isidis sacris. 93 Cum planctu Isidis vestes lineas indutorum. 92 Sacerdotum plin bouem quærentes. Diod. Sic. 1. 2. 94 Credoli populi. 95 Antistes sustinens personam Anubidis, qui filius fuit Osiridis, & quòd canem gestaret armorum insignia ab AEgyptijs in specie canis colebatur. Diod. Sic. ibid. 96 Antistes.

Com-

Concubitu, ſacris obſeruandiſq; diebus,
Magnáque debetur violato pœna[97] *caduco.*
Et[98] *mouiſſe caput viſa eſt argentea ſerpens.*
Illius lacrymæ[99] *meditataq; murmura præſtant,*
Vt veniam culpæ non abnuat,[1] *anſere magno*
Scilicet, & tenui popano corruptus[2] *Oſiris.*
** Cum dedit ille locum,*[3] *cophino, fœnóque relicto,*
Arcanam Iudæa tremens[4] *mendicat in aurem*
Interpres legum[5] *Solymarum, & magna ſacerdos*
Arboris,[6] *ac ſummi fida internuncia cœli.*
Implet & illa manum, ſed parcius ære minuto,
Qualiacunque voles Iudæi ſomnia vendunt.
Spondet amatorem tenerum, vel diuitis orbi
Teſtamentum ingens,[8] *calidæ*[9] *pulmone columbæ*
Tractato, Armenius, vel[10] *Commagenus aruſpex*
Pectora pullorum rimatur, & exta catelli,
Interdum & pueri. faciet quod[11] *deferat ipſe.*
Chaldæis ſed maior erit fiducia. quicquid
Dixerit aſtrologus, credent à fonte relatum
Ammonis,[13] quoniam[14] Delphis oracula ceſſant,
Et genus humanum damnat[15] caligo futuri.
Præcipuus tamen eſt horum, qui ſæpius[16] *exul,*
Cuius amicitia,[17] *conducendaq;*[18] *tabella*

97 Lecto intra nonem ſacros dies violato.

98 Acſi veniam indulgens, capite annuiſſe viſa eſt: vel, iratæ ſimilis caput mouiſſe (vt Sat. 2. v. 130) Draconis effigies in Iſidis templo, de qua vide Diod. Sic. & Macrob. l. 1. Saturn. 20. c.

99 Conceptæ preces.

1 Anſere & pop. i. placenta Iſidem colere, & ſacerdotes veſci ſolebant. Herodot l. 2.

2 Deus ille qui Anubis, v. 534.

* Vbi abijt ſacerdos Iſidis.

3 Nicolaus de Lyra ad illud in Danidis Pſalm. 8. πᾶς χεῖρας ἀπὸ τῆς κοφίνου ἐξανίλεσον: cophinum & fœnum à Iudæis vſque portata non tam refert ad tenuitatem Iudaicæ ſupellectilis, quàm ex inſtituto factum ſuſpicatur, vt hæc circumferrent vſque monimenta duræ ſeruitutis in AEgypto, vbi ſarces & ſtercora è ciuitatibus cophino exportare cogebantur, atque paleas, fœnum & ſtipulas colligere ad lateres conficiendos. An fortè in memoriam famis quam tolerabant in obſidione? vbi fœni veteris lacramenta victui habebantur. vt refert Ioſephus l. 7. bell. Iud. c. 7. 4 Inſuſurrat aliquid de ſua religione, ſimulque opem petit, ſed tectè, ne in periculum adducat matronas Romanas, quibus damnoſum foret Iudaicam proficeri religionem. vide Martial. ep. 54. l. 7. 5 Iudaicarum, ab Hierosolymis. 6 In nemore Aricino vicinum, & alludit ad Dodonæas ſacerdotes, quæ reſponſa ſub quercu reddebant. vide quæ ad Sen. Medeam, v. 349. 7 Ordo eſt, Armenius & Commagenus aruſpex ſpondet, &c. 8 Robæ. 9 Inſpectis extis. 10 Ex Orientali Syriæ parte. 11 Aecuſet. 12 Accens cæſæ. 13 Iouis ab ἄμμος, i. arena. in arenoſis n. Africæ deſertis templum illi à Baccho condicum eſt, propter fontem ex ariete conſpecto inuentum. vel Hammonis à חמה ſolarium, ſimulachrum Ioui in ſublimi extructum. 14 Opp. Phocidis templo, & oraculo Apollinis inſigni. quod tamen oraculum defecit, vt & reliqua, aduentu Chriſti. vide Plutarch. de defectu orac. 15 Ignoratio. 16 Sæp. fuit, vt ille Seleucus Mathematicus, qui cum Othonem olim ſuperſtitem fore Neronis ſpopondiſſet, tunc vltro imperium quoque promiſit illi. Suet. Oth. 4. 17 Magna mercede & precio emenda. ab Othone cui vidriam ſpondebat, vel, alio. 18 Quæ indictis ex cœli conſtitutione eſt notata.

19 Sergius Galba.
20 Manicis & catenis ferreis vincta.
21 Nemo creditur genium & animum præscium habere, qui nõ fuerit damnatus.
22 Impetrato exilio vt effugeret præsentem mortem.
23 Insulã è Cyclad. aliquam in exilium.
24 Reuocari ex illa exilij insula, Cycladum vnâ in mari AEgeo.
25 Vxor tua futurorum cognitionis studiosa, vt illa Tarquinij Prisci vxor, consulit Mathematicos de morte matris tuæ quam ictero labentem speraverat iamdudum extulisse, & tamen prius de tua, quam misere expetit.
* Fronicè.
26 Frigidi & sicci, malefici.
27 In quo signo vel quia domo gaudeat: quos planetas habeat amicos.
28 Vnctas & pellucidas ceu pinguia succina.
29 Libellum supputantem astrorum per singulos dies constitutionem.
30 Vnâ cum marito.
31 Calculationibus.
32 Nobilis Mathematici tempore Tiberij.

19 *Magnus ciuis obit, & formidatus Othoni.*
Inde fides arti, sonuit si dextera[20] *ferro,*
Læuáque, si longo castrorum in carcere mansit.
[21] Nemo Mathematicus genium indemnatus habebit,
Sed qui penè perit,[22] cui vix in [23] Cyclada mitti
Contigit, & [24] parua tandem caruisse Seripho.
Consulit ictericæ lento de funere matris,
Ante tamen de te [25] *Tanaquil tua, quando sororem*
Efferat, & patruos: an sit victurus adulter
Post ipsam. quid enim maius dare numina possunt?*
Hæc tamen ignorat quid sidus triste minetur
[26] *Saturni,*[27] *quo læta Venus se proferat astro,*
Qui mensis damno, quæ dentur tempora lucro.
Illius occursus etiam vitare memento
In cuius manibus, ceu pinguia succina[28] *tritas*
Cernis[29] *ephemeridas; quæ nullum consulit, & iam*
Consulitur: quæ castra viro, patriamq; petente
Non ibit[30] *pariter*[31] *numeris reuocata*[32] *Thrasylli.*
Ad primum lapidem vectari cum placet, hora
Sumitur ex libro, si prurit frictus ocelli
Angulus, inspecta[33] *genesi collyria poscit.*
Ægra licet iaceat, capiendo nulla videtur
Aptior hora cibo, nisi quam dederit[34] *Petosiris.*
Si[35] *mediocris erit,*[36] *spatium lustrabit vtrunque*
Metarum, & sortes ducet,[37] *frontemque*[38] *manumq;*
Præbebit vati crebrum[39] *poppysma roganti.*
Diuitibus responsa dabit[40] *Phryx augur, & inde*
Conductus dabit astrorum, mundiq; peritus,
Atque aliquis senior,[41] *qui publica fulgura condit.*

33 Natiuitatis themate. 34 Insignis Astrologus AEgyptius. 35 Pauperula. 36 In circo max. vbi plurimi erant sortilegi & diuinatores. vers. 589. 37 Physiognomoni ceu metoposcopo qui profitetur hominum mores, naturas & futuros etiam euentus ex vultu & fronte perosecre & præuidere, præbebit frontem, vt & — 38 — Chiromanti qui diuinati è lineis & incisuris manuum, præb. manum. 39 Ex manus contrectatione. vel ol. eulum ex collisis labijs sonans. al. concubitum. 40 Astrologus & philosophus Indus, Gymnosophista, Brachmanes. 41 Fulguritorum conditor & expiator. Pers. Sat. 2. vers. 26.

41 Ple-

42 *Plebeium in Circo positum est, & in aggere fatum.*
Quæ nudis longum ostendit ceruicibus aurum,
Consulit ante 44 *Phalas, delphinorumq́, columnas,*
An saga vendenti nubat 45 *caupone relicto.*
Hæ tamen & partus subeunt discrimen, & omnes
Nutricis tolerant fortuna vrgente labores:
Sed iacet 47 *aurato vix vlla puerpera lecto.*
Tantum 48 *artes huius, tantum medicamina possunt,*
Quæ steriles facit, atque 49 *homines in ventre necan-*
Conducit. 50 *gaude infelix, atque ipse bibendum* (*dos*
Porrige 51 *quidquid erit. nam si* 52 *distendere vellet,*
Et 53 *vexare vterum pueris salientibus,* 54 *esses*
Æthiopis fortasse pater. mox 55 *decolor heres*
Impleret tabulas 56 *nunquam tibi maxè videndus.*
Transeo suppositos, & 57 *gaudia, votaq́, sæpe*
58 *Ad spurcos decepta lacus, atque* 59 *inde petitos*
Pontifices, 60 *Salios,* 61 *Scaurorum nomina* 62 *falso*
Corpore laturos: stat fortuna improba noctu
Arridens 63 *nudis infantibus. hos fouet omnes,*
Inuoluitq́, sinu, domibus tunc porrigit altis,
Secretumq́, sibi 64 *mimum parat. hoc amat, his se*
Ingerit, atque suos videns producit alumnos.
Hic magicos adfert 65 *cantus, hic* 66 *Thessala vendit*
67 *Philtra, quibus valeant* 68 *mentem vexare mariti,*
69 *Et solea pulsare nates. quòd desipis, inde est,*
Inde animi caligo, & magna obliuio rerum
Quas modò gessisti. tamen hoc tolerabile, si non
Et furere incipias, vt 70 *auunculus ille Neronis,*
Cui totam 71 *tremuli frontem Cæsonia pulli*
Infudit. quæ non faciet, quod principis vxor?

42 Plebei vates in circo sedent & in aggere Tarquinij Superbi qui est ad circum. Sat. 3. v. 65. Horatius itaque appellat *Fallacem Circum*. de his, Ennius *Non vicanos haruspices, non de Circo astrologos, &c.* & Cic. pro Milone, *In circo max. &c.*

43 Syra mulier vel meretrix aurea gestans monilia.

44 Sortilegos & diuinatores qui in circo ante falas i. turres ligneas & delphinorum columnas versabantur.

45 Priore marito deserto vel mortuo.

46 Pauperculæ.

47 Diuiti & nobili. ipsa dicet. Hypallage.

48 Veneficæ.

49 Conceptos iam & formatos.

50 Marite. *Sceptici.*

51 Quicq. erit potionis abortum facientis.

52 Grauida fieri.

53 Parere.

54 Ex adulterio coniugis tui cum seruo Æthiope.

55 Niger, vel fuscus. *mulato* ex patre Æthiope & matre Romana scriberetur tibi heres. dicitur vxore. supra v. 218.

56 Vtpote malum omen & inauspicatū

57 Patrum, de nothis & suppositis tanquam suis. 58 Lacum Velabrensem quo exponebantur spurij. 59 Clàm à matribus, quæ nigros suos ex Æthiopicis seruis fœtus ejecerunt, & lacu Velabrensi petendos curarunt expositos aliarum fœm. spurios quos maritis pro suis obtrudant. 60 Martis sacerdotes. 61 Nobilium. 62 Supposito. 63 Expositis nudis. 64 Ludum & varium iocum ex his suppositis. 65 Incantamenta. 66 Thessalia olim veneficijs & magicis famosa. 67 Potiones amatorias. 68 Dementes reddere. 69 Pro sua libidine tractare. Pers. Sat. 5 v. 149. 70 Caligula, qui philtris ab vxore Cæsonia datis in furorem versus est. *Creditur potionatus* &c. Suet. Calig. c. 50. idem refert Iosephus Antiquit. l. 19.

71 Cæsoniam è fronte recens nati pulli equini, i. Hippom. supra v. 134.

72 *Ar-*

72 Caligulæ furoris igne ardebant ruebantque pessumres humanæ, quarum habenas tenuit Rom. Imperator, non secus ac nutassent cœlestes res, Ioue in furorem verso.

73 Quo venenato sustulit Claudium Imp.

74 Relatum n. inter deos iursus à dijs detrusum esse ad inferos iocatur Seneca in ἀποκολοκυντωσει. Claudij Cæs.

* Erat n. Caligula tremulo capite, spumante rictu, humentibus naribus &c. Suetor.

75 Hæc a. potio & philtrum Cæsoniæ Caligulam in furiosam crudelitatem impulit.

76 Si tantum mali ex vno Hippomane, quantum ex vna venefica?

77 Prægustet.

78 Ipsa mater, quæ vt gratificetur secundo marito, veneno non raro tollit filios ex priore matito, vt ad illum rem integram deferat: infra de Pontia.

79 Alumnus vel totot. Syracus. τραπεζιτης pater est, ab Heb. נתן gemin.

72 *Ardebant cuncta, & fracta compage ruebant,*
Non aliter, quàm si fecisset Iuno maritum 620
Insanum. minus ergo nocens erit Agrippinæ
73 *Boletus. siquidem vnius præcordia pressit.*
Ille senis, * *tremulúmque caput* 74 *descendere iussit*
In cœlum, & * *longam manantia labra saliuam.*
75 *Hæc poscit ferrum atque ignes, hæc potio torquet,* 625
Hæc lacerat mistos equitum cum sanguine patres.
76 *Tanti partus equæ. quanti vna venefica constat?*
Oderunt natos de pellice: nemo repugnat,
Nemo vetat, iam iam priuignum occidere fas est.
Vos ego, pupilli, moneo, quibus amplior est res, 630
Custodite animas, & nulli credite mensæ,
Liuida materno feruent adipata veneno.
77 *Mordeat antè aliquis, quidquid porrexerit illa*
78 *Quæ peperit, timidus prægustet pocula* 79 *pappas.*
80 *Fingimus hæc altum Satyra sumente* 81 *cothurnũ,* 635
Scilicet, & finem egressi legémque 82 *priorum,*
Grande Sophocleo carmen 83 *bacchamur hiatu*
Montibus ignotum 84 *Rutulis, cœlóque Latino.*
Nos vtinam vani! sed clamat 85 *Pontia, feci,*
Confiteor, puerísque meis aconita parani, 640
Quæ deprensa patent, facinus tamen ipsa peregi.
* *Tu ne duos vna* 86 *sæuissima vipera cœna?*
Tu ne duos? 87 *septem, si septem fortè fuissent.*
* *Credamus Tragicis quicquid de* 88 *Colchide torua*
Dicitur, & 89 *Progne. nil contra conor, & illæ* 645
Grandia monstra suis audebant temporibus: sed
90 *Non propter numos. minor admiratio summis*

80 Al. quis fortasse arguat nos hæc fingere, &c. mox, Vtinam quidem fingeremus, neque vera nimis essent, quæ memoro. 81 Tragicam licentiam & argumenta ficta. 82 Poetarum Satyricorum. 83 Poetico instincti furore canimus Tragica. 84 Italiamo. i. Romæ. Rutili vero populi Latij. 85 Pub. Petronij filia, Vectij Bolani vxor, quæ duos ex Bolano filios veneno sustulit vt adultero nuberet. Martial. ep. 34. l. 2. * *Inquit Poeta.* 86 In tuos sæua vt viperæ, è quibus fœmina marem, nati matrem enecant. 87 *Resp. Pontiæ.* Immò septem interfecissem, si mihi septem fuissent, vt secundo gratificarer marito. * *Poetæ verba.* 88 Medeâ quæ liberos suos in odium Iasonis dilaniauit. 89 Quæ Itys filium cæsum Tereo apposuit. 90 Vt nostræ.

Debetur

Debetur monſtris, quoties facit ira nocentem
Hunc ſexum, & [91] rabie iecur incendente feruntur
Præcipites, vt ſaxa iugis abrupta, quibus mons
Subtrahitur, cliuóque latus pendente recedit.
Illam ego non tulerim, quæ [92] computat, & ſcelus ingens
[93] Sana facit. [94] ſpectant [95] ſubeuntem fata mariti
Alceſtim, & [96] ſimilis ſi permutatio detur,
Morte viri cupiant animam ſeruare catellæ.
Occurrent multæ tibi [97] Belides, atque [98] Eriphylæ,
Mane [99] Clytæmneſtram nullus non vicus habebit.
Hoc tantum refert, quòd [1] Tyndaris illa bipennem
[2] Inſulſam, & fatuam læua dextraq; tenebat,
At nunc res agitur tenui pulmone [3] rubetæ:
[4] Sed tamen, & ferro, [5] ſi præguſtaret Atrides
Pontica ter victi cautus medicamina regis.

91 Quoties furore amoris vel iræ agunt̃ur præcipites, non leuiore ruinâ, quàm prærupta & ruinam minitantia iuga montium ſubducto clino ceu radicis parte.

92 Deliberat.

93 Prudens, mentis compos, non ex viuidicta, affectu aut infirmitate.

94 In theatralibus ludis repræſentatam.

95 Mariti Admeti vitam ſua morte redimentem.

96 Sed his ſi ſimilis daretur permutatio & optio, redimerent vitam catellæ morte viri.

97 Similes Danaï filiabus L. quæ ad vnum maritos interfecere. 98 Cuiuſmodi fuit Eriph. quæ vt em Amphiaraum maritum monili à Polynice corrupta prodidit. 99 Similĩ Clytæmneſtræ quæ vt Ægiſtho adultero frueretur maritum Agamemnona à bello Troiano redeuntem bipenni occîdit. 1 Clytæmneſtra Tyndari filia. 2 Non artificioſam cædem, quale noſtrarum venenum. 3 Sat. iv. 70. 4 Et paratæ tamen etiam ferro rem decernere. 5 Si maritus ſe præmuniret antidoto, quali vſus eſt Mithridates rex Ponti. 6 A Sylla, Lucullo, Pompeio.

SATYRA VII.

Ad Teleſinum poetam, Cæſarem quidem ſtudia & artes reſpicere, cæterùm apud alios Romanos poetarum, hiſtoricorum, cauſidicorum, Rhetorum, & Grammaticorum ſtudia & labores pro leui & vili eſſe.

ET ſpes, & ratio ſtudiorum in [1] Cæſare tantùm:
Solus enim [2] triſtes hac tempeſtate Camœnas
Reſpexit, cum iam celebres notiq; poetæ
[3] Balneolum Gabijs, Romæ conducere furnos
Tentarent, nec fœdum alijs, nec turpe putarent

1 Traiano, *alĩs* Nerua, *alij* Domitiano, qui cætera vitioſus fouebat tamen literis, fouebatque Muſas. Vide vitam Iuuenalis.

2 Neglectos & inopes poetas.

3 Inopiâ ſuâ & poëſeos neglectu coacti, Romæ & in alijs oppidis Italiæ conferrent ſe ad ſordidas artes, vt ex balneatoria & furnaria victum ſibi quærerent.

Præ-

Præcones fieri, cum [4] *desertis Aganippes*
Vallibus, esuriens migraret in [5] *atria* [6] *Clio.*
Nam si [7] *Pieria quadrans tibi nullus in arca*
Ostendatur, ames nomen victumq; [8] *Macheræ,*
Et vendas potius, commissa quod auctio vendit
Stantibus œnophorum, tripodes, armaria, cistas,
[9] *Halcyonem Bacchi,* [10] *Thebas, &* [11] *Tereа* [12] *Fausti.*
Hoc satius, quàm si dicas sub iudice, vidi,
Quod non vidisti. faciant [13] *equites Asiani,*
Quanquam & [14] *Cappadoces faciant, equitesq;* [15] *Bithini,*
[16] *Altera quos nudo traduxit* [16] *Gallia talo.*
Nemo tamen studijs indignum ferre laborem
Cogetur posthac, nectit quicunque [17] *canoris*
Eloquium vocale modis, [18] *laurumq; momordit.*
* *Hoc agite ô iuuenes, circumspicit, & stimulat vos,*
Materiamq; sibi [19] *ducis indulgentia quærit.*
Si qua aliunde putas rerum expectanda tuarum
Præsidia, atque ideo [20] *croceæ membrana tabellæ*
[21] *Impletur,* [22] *lignorum aliquid posce ocyus, & quæ*
Componis, dona [23] *Veneris* [24] *Telesine* [25] *marito.*
Aut claude, & positos [25] *tinea pertunde libellos.*
Frange miser calamos, [26] *vigilataq; prælia dele,*
Qui facis in parua sublimia carmina cella,
Vt dignus venias [27] *hederis, & imagine* [28] *macra.*
Spes nulla vlterior. didicit iam diues auarus
Tantum admirari, tantum laudare diserтos,
Vt pueri [29] *Iunonis auem.* sed defluit ætas
Et [30] pelagi patiens, & [31] cassidis, atque [32] ligonis:
Tædia tunc subeunt animos, tunc seque suamque

4 Missis studijs in remotis solitudinibus iuxta Aganippem fontem Bœotię à Cadmo inuentum & Musis sacrum.
5 Diuitum, *vel* atria Licinia in foro, quò conuenire prœcones, & vbi auctiones fieri solebant.
6 Poeta Cliûs cultor.
7 Tui docti poetæ, qui musas è Pieria colis.
8 Præconis illius temporis.
9 Tragœdiam de Halcyone, Ceycis vxore à malo poeta Baccho scriptam.
10 Tragœdiam de Thebarum regibus Laio, Oedipo, &c.
11 Tragœdiam de Tereo, Progne, Philomela, &c.
12 Mali poetæ.
13 Serui ex Asia ducti, iam equites Romani facti, sed leuis fidei.
14 Equites è seruis Cappad. qui Armenię sunt contermini.
15 Equites è seruis Bithynis in Asia minore iuxta Pontum.
16 Gallogrœcia, seu Galatia. vide Luc. Flor. l. 11. c.
17 Poema altum & sonorum.
18 Honorem lauri & gloriam poematis sui degustauit, *vel*, Poesi initiatus & sacer Apollinis vates factus momordit laurum, quæ manducata numine inflare credebatur. Δαφνηφάγων φοιβάζει ἐν λαυρῷ ὅπα. Lycophron. * Rituale verbum & in sacris solenne. 19 Imperatoris liberalitas & fauor. 20 Vide Persii Sat. 3. 10. 21 Carminibus. 22 Ad incendium. 23 Vulcano, igni. 24 Poeta, ad quem hanc Sat. scribit. 25 Blattis & tineis escam mitte. 26 Carmina quæ de bellis elucubrates es. 27 Corona ex hederis victorum poetarum præmio. vide Persii prolog. vers. 4. 28 Inopia, *vel* studio, *vel* tenui præmio. 29 Panonem. 30 Quæ poterat impendi mercaturæ Nautica— 31 —Militiæ— 32 —Agriculturæ.

33 Terpſichoren odit 34 facunda, & nuda ſenectus.
Accipe nunc artes, nequid tibi conferat iſte
Quem colis, & 35 Muſarum, & Apollinis ædè relicta
Ipſe facit verſus, atque vni 36 cedit Homero
37 Propter mille annos. at ſi dulcedine famæ
Succenſus recites, 38 Maculonus commodat ædes,
Ac longe ferrata domus ſeruire iubetur,
In qua ſolicitas imitatur 39 ianua portas.
Scit darè libertos extrema in parte ſedentes
Ordinis, & magnas 40 comitum diſponere voces.
Nemo dabit 41 regum, 42 quanti ſubſellia conſtent,
Et quæ conducto pendent 43 anabathra tigillo,
Quæq; 44 reportandis poſita eſt 45 orcheſtra cathedris.
Nos tamen hoc agimus, tenuiq; in puluere ſulcos
Ducimus, & 46 litus tenui verſamus aratro.
Nam ſi diſcedas, laqueo tenet 47 ambitioſi
Conſuetudo mali, tenet inſanabile multos
Scribendi cacoethes, & ægro in corde ſeneſcit.
Sed vatem egregium, cui non ſit publica vena,
Qui 48 nihil expoſitum ſoleat 49 deducere, 50 nec qui
Communi feriat carmen triuiale moneta,
Hunc, qualem nequeo monſtrare, & ſentio tantum,
Anxietate carens animus facit, 51 omnis acerbi
Impatiens, 52 cupidus ſyluarum, 53 aptúſque bibendis
Fontibus 54 Aonidũ. neque enim cantare ſub antro
55 Pierio, 56 thyſsúmve poteſt contingere 57 ſana
Paupertas, atque æris inops, quo nocte dieque
Corpus èget. *ſatur eſt,* 58 *cùm dicit Horatius, obe!*

33 Studia poetica.
34 Ipſi iam ſenes inopeque, tantum docti.
35 Poetis ipſis, vel doctorum cenſura qui in æde Muſ. & Apoll. de carminibus iudicabant, vel, nullo muſarum inſtinctu, ſed inuita Minerua carmina aggrediens.
36 Putat ſe cedere.
37 Neque hoc propter ingenium, ſed annos, quod Horatius antiquior ſit illo.
38 Diues quiſpiam.
39 Ferrata, ampla & ſpecioſa inſtar portarum ciuitatis.
40 Clientum qui tibi applaudebant.
41 Diuitum.
42 Pretium conductorum ſubſel. graduum, orcheſtræ.
43 Scalas & gradus per quos ad pulpita aſcenditur.
44 Quippe quæ conducta referunt. *Nam & domus extruitur, & auditorium extruit, & ſubſellia conducit.* Dialog. de Oratoribus.
45 Tabulatum in quo ſaltat chorus. Sat. 3. v. 78.
46 Sterile & inutile ſtudium exercemus & vigemus, non maiori fructu ſpe, quàm ſi litus araremus. 47 Laudem affectantis poeticen. 48 Nihil humile aut vulgare. 49 Egregie & ſubtiliter, veluti tenui filo. 50 Qui non vulgari nota & ſtylo carmina condit. *Metaph* à monetarijs qui vnius notæ numos producunt. * Et cuius nomen aut exemplum non poſſum dare, vt qui talem noui neminem, & cuius ideam mente ſolùm concipio. 51 Moleſtijs vacuus & liber. 52 Secceſſus & ſolitudinis amans. 53 Natura idoneus, quem ars perficiat, & quem furore ſuo inſpirent Apollo & Muſæ. 54 Muſarum ex Aonia antris, montibus & fontibus muſis conſecratis nobili. 55 Supra ver. 9. 56 Furorem ἐμμανῆ ὑσσον, quali in Orgijs Thyſſigeræ ferantur Bacchides, Poetæ a. in tuela Bacchi ſunt. 57 Sicca & ſobria quæ poetis haud conuenit, qui non niſi mero (quod animæ educit inſtrumenta) madidi & maleſani carmina ſcribunt quæ viuere poſſint. vide ep. Antipatri 2. l. Anthолog. συμπόσιακὰ ἐπιγράμματα. 58 Od. 9. lib. 2.

Quis

Quis locus ingenio niſi cum ſe carmine ſolo
Vexant, & [59] dominis [59] Cyrrhæ [60] Nylæque feruntur
Pectora noſtra duas non admittentia curas?
Magnæ mentis opus, nec [61] *de lodice paranda*
Attonitæ, currus, & equos, faciesque deorum
[62] *Aſpicere, & qualis* [63] *Rutulũ confundat* [64] *Erinnys.*
Nam ſi Virgilio puer, & tolerabile deſit
Hoſpitium, [65] *caderent omnes à crinibus hydri,* (*ſit*
[66] *Surda nihil* [67] *gemeret graue buccina. poſcimus, vt*
[68] *Nõ minor* [70] *antiquo* [69] *Rubrenus Lappa* [70] *cothurno,*
Cuius & [71] *alueolos, & lænam* [72] *pignorat Atreus.*
Non habet [73] *infelix Numitor, quod mittat amico,*
Quintillæ quod dones, habet: nec deſinit illi
Vnde emeret multa paſcendum carne leonem
Iam domitum, [74] *conſtat leuiori bellua ſumptu*
Nimirum, & capiunt plus inteſtina poëtæ.
Contentus fama iaceat [75] *Lucanus in hortis*
Marmoreis, at [76] Sarrano, tenuique [76] Saleio
Gloria [77] quantalibet, quid erit, ſi gloria [78] tantùm eſt?
Curritur ad vocem iucundam, & carmen [79] *amicæ*
[80] *Thebaidos, lætam fecit cùm Statius vrbem,*
Promiſitq; [81] *diem: tanta dulcedine captos*
Afficit ille animos, tantaq; libidine vulgi
Auditur: ſed cùm [82] *fregit ſubſellia verſu,*
Eſurit, intactam [83] *Paridi niſi vendat* [84] *Agauen.*
[85] *Ille &* [86] *militiæ multis largitur honorem,*
[87] *Semeſtri vatum digitos circumligat auro.*

59 Ab Apolline cui Cyrra vrbs ad radicem Parnaſsi ſacra.
60 Baccho qui in Nyſa Arabiæ educatus cultuſque eſt.
61 De domeſticis curis ſolicitæ.
62 Mente concipere, & deſcribere.
63 Turnum Rutulorum regem.
64 Alecto furia. *AEneid. 7.*
65 Non potuiſſet fingere furias anguibus crinitas, vt ibidem, *geminos erexit crinibus angues.*
66 Non audita, *vel* rauca. *Catachreſis.*
67 Nec adeo horrendum finxiſſet Aleſtus eorum. *in eodem 7. AEneid. lib.*
68 Non minori precio & æſtimatione.
69 Poeta Tragicus.
70 Poetis Tragicis priſci temporis.
71 Tabulas *vel alueoles*, i. lances.
72 Tragœdia de Atreo, quam dum ſcribit, ſupellectilem pignori exponit. *al.* pignori accipit Atreus fœnerator. *Prior expoſ. magis placet.*
73 Iudicio & vſu. vide Martial *epoſ. l. 8.*
74 Ironice.
75 Qui diues ad poeſim acceſſit. 76 Pauperi poetæ. 77 Vtcunque magna.
78 Nuda & ſine precio. 79 Gratæ. 80 Statii poem. de bello Thebano.
81 Recitandi. 82 Frequentia auditorum, ὧν ὑπὸ πρότητος καὶ πραυγῆς ἠσπέρηνται οἱ τόποι. Polyb. hiſt. 15. *vel* vehementi recitatione. vt Sat. 1. *Rupta lectore columna.* Sic Martianus Capella: *cognoſcentium quoque fregere ſubſellia.* 83 Pantomimo, Domitiæ Neronis amitæ liberto. 84 Fab. de matre Penthei conſcriptam, eamque notam.
85 Paris. 86 Præfecturas. 87 Dignitate equeſtri cuius inſigne annuli aurei, quos inuenit luxus ſemeſtres, i. e. æſtiuos minores, hybernos maiores, vt Sat. 1. v. 28.

Quod

Quod non dant proceres, dabit histrio. tu [88] *Camerinos,*
Et Bareas. tu nobilium magna atria curas?
Præfectos [89] *Pelopea facit,* [89] *Philomela tribunos.*
Haud tamen invideas vati, quem [90] *pulpita pascunt.*
Quis tibi [91] *Mecœnas? quis nunc erit aut *Proculeius.*
*Aut *Fabius? quis *Cotta iterũ? quis *Lentulus alter?*
Tunc par ingenio pretium: [92] *nunc vtile multis*
Pallere, & [93] *vinum toto nescire Decembri.*
[94] *Vester porrò labor fœcundior historiarum*
Scriptores, [95] *petit hic plus temporis, atque* [96] *olei plus:*
Namque oblita modi millesima pagina surgit
Omnibus, & crescit multa damnosa papyro.
Sic ingens rerum numerus iubet, atque operum lex.
Quæ tamen inde seges? terræ quis fructus [97] *apertæ?*
Quis dabit historico, quantum daret [98] *actia legenti?*
[99] *Sed genus ignauum, quod tecto gaudet & vmbra.*
[1] *Dic igitur quid causidicis* [2] *ciuilia præstent*
Officia? & magno [3] *comites in fasce libelli?*
Ipsi magna sonant; sed tunc cum creditor audit
Præcipuè, vel si [4] *tetigit latus acrior illo,*
[5] *Qui venit ad dubium grandi cum* [6] *codice* [7] *nomè,*
Tunc immensa caui spirant mendacia [8] *folles,*
[9] *Conspuitúrque sinus. verùm deprendere messem*
Si libet, [10] *hinc centum patrimonia causidicorum,*
Parte alia solum [11] *russati pone* [12] *Lacertæ*
Consedere [13] *duces: surgis tu* [14] *pallidus* [15] *Aiax*
Dicturus [16] *dubia pro libertate* [17] *Bubulco*
Iudice. rumpe miser [18] *tensum iecur, vt tibi lasso*

88 Nobiles.
89 Tragœdia de Pelopea filia Thyestę, vel de Philomela conscripta & Patridi vendita.
90 Recitationes in pulpitis.
91 * Vir liberalis & munificus, Sat. 5. v. 108.
92 Nunc studij vtilitas hoc redit omnis denique, vt palleant, & vino abstineant. legitur, & *tunc vtile.*
93 Abstemia agere Saturnalia quæ mense celebrantur Decembri, in quibus vino & epulis maximè indulgetur.
94 Sed vester labor, ô historici, vtilior fortè est, & fœcundior. *Iron.*
95 Hic labor petit plus operæ & olei. Sed legitur & *petitur plus.*
96 Impensæ in oleo ad lucernam.
97 Proscissæ & aratæ *Metaph.*
98 Actuario siue aduocato.
99 Sed historici *inquies*, sunt genus ignauum, &c.
1 *Resp. Poeta.*
2 Actiones causarũ ciuilium.
3 Libri actionum quos secum in iudicium adfert.
4 Punxit commonitóque alius causidicus acr. illo. *vel* creditor. 5 Qui, debitore inficiante, negat id deberi, paratus ostendere libros accepti & expensi. 6 Legum, *vel* probationis. 7 Debitum. 8 Pulmones, *vel* fauces. 9 Contentione orationis. 10 In hac lance. i. 7 Debitum. 8 Pulmones, *vel* fauces. 9 Contentione orationis. 10 In hac lance. i. confer lucrum aurigæ cum illo causidici, & comperies vnius aurigæ lucrum æquare centum causidicorum mercedes. 11 Veste russata. i. rubra induti. 12 Militis vel aurigæ russatæ factionis. 13 Iudices. *Hemistich. Ouidianum Metam.* 13. 14 De eventu vel causa sublatus. 15 Causam dicturus, vt Aiax ibid. 16 Pro eo cuius libertas in quæstionem vocatur. *vt Cic. pro Archia.* 17 C. Attilio Bubulco Cos. *vel* rustico aliquo iud. 18 Ira inflatum, *vel* palmonem spiritu.

Fi-

Figantur [19] *virides ſcalarum gloria palmæ.*
Quod vocis pretium? ſiccus petaſunculus, & vas
[20] *Pelamydũ, aut veteres Aphroris* [21] *epimenida bulbi.*
Aut vinum [22] *Tiberi deuectum; quinque lagœnæ,*
Si quater egiſti, ſi contigit aureus vnus,
[23] *Inde cadunt partes in fœdere pragmaticorum:*
[24] *Æmylio dabitur, quantum petet: & melius* [25] *nos*
Egimus. huius enim ſtat [26] *currus aheneus alti*
Quadrijuges in veſtibulis, atque ipſe feroci
[27] *Bellatore* [28] *ſedens cĩruatum haſtile minatur*
Eminus, & ſtatua meditatur prælia [29] *luſca.*
Sic [30] *Pedo* [31] *conturbat,* [30] *Matho deficit: exitus hic*
[30] *Tongilli, magno cum* [32] *rhinocerote lauari (eſt*
Qui ſolet, & vexat lutulenta balnea [33] *turba,*
Perq; fora iuuenes longo premit * *aſſere* [34] *Medos,*
Empturus pueros, argentum, [35] *myrrhina, villas.*
[36] *Spondet enim Tyrio* [37] *ſtlataria purpura filo.*
Et tamen hoc ipſis eſt vtile, purpura [38] *vendit*
Cauſidicũ, venduntꝰ [39] *amethyſtina, conuenit illis*
Et ſtrepitu, & facie maioris viuere cenſus.
Sed finem impenſæ non ſeruat prodiga Roma.
[41] *Vt redeant veteres,* [41] *Ciceroni nemo ducentos*
Nunc dederit nummos, niſi fulſerit annulus ingens.
Reſpicit hoc primum, [42] *qui litigat, an tibi ſerui*
Octo, decem [43] *comites, poſt te an ſit ſella,* [44] *togati*
Ante pedes. ideo conducti [45] *Paulus agebat (bat,*
[46] *Sardonyche, atque ideo pluris, quàm* [45] *Coſſus age-*

19 Victoriæ ſigna è pulpito tuis ædibus affigantur: erat mos eũ moris victoriam in actionibus partim teſtari appenſa pro foribus palma. *alij cenſent* ſignificari hoc pauperiem oratorũ quibus etiam victoribus pro palmatis ædibus erant cœnacula ad quæ ſcalis aſcẽderẽt.
20 Piſcium e thyni genere.
21 Bulbi genus, Plin. l. 19. vel bulli, piſces exigui & viles. Lipſ. ep. 2. l. 2. Quæſt. ep. alij legũt Epimenia, quaſi menſtrua hæc ſint munera ex Attr.
22 Vile vt Veientanum ceu Etruſcũ, non aduerſo flumine ex Campania vel Græcia aduectum.
23 Aurei illius partes quædam auferuntur diſtribuendæ ex pacto Pragmaticis, qui verbis & formulis iuris inſtructi, mercedula adducti, miniſtros ſe oratoribus præbent in iudicijs. Cic. 1. de Orato. & Fab. l. 12. c. 2.
24 Diuiti cauſidico.
25 Nos tamen pauperes aduocati.
26 Triũphalis currus maiorum in porticu.
27 Equo. 28 Equeſtris ſtatua. 29 Altero oculo clauſo vt iſtum dirigat. *vel* inclinato capite, vel detorto, ita vt vnus tantùm oculus videatur. 30 Cauſidicus. 31 Decoquit & æs alienum contrahit, nonis creditoribus ſolẽdis, vereribus non ita, dum ſe diuitem præfert. 32 Gutto ex eorum Rhinocerotis, quo in balneis vtuntur diuites. 33 Clientum & ſeruorum. * Sat. 3. 235. 34 Lecticarios ex Media. Lipſ. legit Mæſos, vt Sat. 9. *de grege Mæſorum.* 35 Vaſa. vide Martial. ep. 111. l. 14. & quæ nos ibi. vide & huiuſmodi licitatorem Mamurrã, ep. 40. l. 9. Martial. 36 Exponit ſe tanquam diuitem. 37 Latus clauus purpureus, *ſi* prætexis, vt illitis pro lite. 38 Commendat & facit vt conducatur maiori precio. 39 Veſtimenta violacea, ab Amethyſti gemmæ colore. 40 Oſtentatione maioris cenſus. 41 Quòd ſi in viam reuerſi ſint ſummi illi oratores Rom. Craſſus, Antonius, Cicero adhuc iam cauſas — 42 — Clientes non tam reſpicerent eloquentiam, quàm cenſus faciem & comitatum oratoris, the lawyers port and traine. an illi lectica octophoros plena ipſa, &c. 43 Clientes. 44 Amici ante ambulones. 45 Orator, cauſidicus. 46 Annulo in quo hæc erat gemma.

Quàm

Quàm [45] *Basilus rara in tenui facundia panno.*
Quando licet [47] *flentem Basilo producere matrem?*
Quis bene dicentem Basilum ferat? [48] *accipiat te*
Gallia, vel potius [49] *nutricula causidicorum*
Africa, si placuit mercedem imponere linguæ.
Declamare doces, [50] *ô ferrea pectora* [51] *Vecli,*
Cùm [52] *perimit sæuos* [53] *classis numerosa tyrannos.*
Nam quæcunq; sedens modò legerat, hæc eadẽ stans
Proferet, atque [54] *eadem* [54] *cantabit versibus* [55] *ijsdem,*
Occidit miseros crambe repetita magistros.
Quis [56] *color, & quod sit* [57] *causæ genus, atque vbi* [58] *summa*
Quæstio, quæ veniant diuersa parte [59] *sagittæ,*
Scire volunt omnes, mercedem soluere nemo.
[60] *Mercedẽ appellas? quid enim scio?* [61] culpa docẽtis
Scilicet arguitur, quod [62] *læua in parte mamillæ*
Nil salit [63] Arcadico iuueni, *cuius mihi sexta*
Quaque die miserum dirus caput [64] *Annibal implet.*
Quicquid id est, de quo deliberat, an petat vrbem
A Cannis, an post nimbos, & fulmina cautus
[65] *Circumagat madidas à tempestate cohortes.*
[66] *Quantum vis stipulare, & protinus accipe quid do*
Vt toties illum [67] *pater audiat? ast alij sex*
Et plures vno conclamant ore sophistæ,
Et veras agitant lites, [68] *raptore relicto,*
[69] *Fusa venena silent,* [70] *malus, ingratúsque maritus,*
Et [71] *quæ iam veteres sanant mortaria cæcos.*

47 Tenui oratori prod. mart. in graui causa pro vita & salute filij supplicanti & misericordiã mouentem, quod fecit Cicero pro Fonteio.
48 Dicendas hinc in Galliam vel Africam.
49 Litigiosa.
50 Nullius laboris non patientissima.
51 O Rhetorum præceptor.
52 Perimendos declamat, alij de Dionysio exponunt, quã de rege in hoc pistrinum fuerit coniectus.
53 Discipulorum.
54 Periodis & pronunciatione.
55 Eadem identidẽ, ab eodem, iisdem inculcata, non sine fastidio enecat, non secus ac ὁὶς κεχαμένη ἐπ θυάτος recalfacta brassica, & ad fastidium reposita. Quod enim de *Cumbre* ingerunt Domitius, I. Scoppa & alij, vt fit inscriptio declamationis ex historia ciuitatis à Cumanis Campanorum iuxta Cumbren opp. Campaniæ, tortuosum mihi & longè nimis peritum videtur. vide Ang. Politian. 3. 1 cap. Miscel.
56 Ratio.
57 Deliberatiuum, demonstratiuum aut iudiciale.
58 Controuersiæ status.
59 Obiectiones & argumenta aduersarij. *Metaph.*
60 Inuehit. *quid discipulus.*
61 *Resp. magister.*
62 Cor stupidum est.
63 Pingui, hebeti, obtuso, quales sunt Arcades, teste Philostrato lib 3. βαρυστόλους, *vel* asino. vide Pers. Sat. 3. v. 9.
64 Obtundit me toties audita ad nauseam illius declamatio de Annibale deliberante an recens è Cannensi victoria pet. vrb. suadente Maharbale & illi coram in Capitolio pollicente.
65 Reducat, cum iam posuisset castra ad tertium à Roma lapidem, deterritus fulmine & tempestate per dies tres.
66 *Dicit dispensator qui Rhetori discipulum tradit.*
67 Pers. Sat. 3. v. 47.
68 Themate ficto de raptore. *de his vide Quintil. declam. & Senec. e controuersias.*
69 Nec vmbratili in schola accusatione venefici accusant.
70 Thema de ingrato marito.
71 Them. de noverca veneficij priuignum insimulante, quem offenderat miscentem collyrium ægro oculos patri. *& hæc de Medea & Iasone exponi possunt.*

Ergo

Ergo [72] sibi dabit ipse [73] rudem, si nostra monebunt
Consilia, & vitæ diuersum iter ingredietur,
Ad [b] pugnam qui rhetorica descendit ab [c] umbra,
[74] Summula ne pereat, qua vilis [75] tessera venit
Frumenti, quippe hæc merces lautissima tenta
[77] Chrysogonus [76] quanti doceat, vel [77] Pollio quanti
[78] Lautorum pueros artem [79] scindens [80] Theodori.
Balnea [81] sexcentis, & pluris [82] porticus, in qua
Gestetur dominus, quoties pluit: anne serenum
Exspectet, spargátve luto iumenta recenti?
[83] Hîc potius: namq; hîc mundæ [84] nitet vngula mulæ.
Parte alia longis [85] Numidarum fulta columnis
Surgat, & [86] algentem rapiat cœnatio solem.
Quanticunque domus, veniet [87] qui fercula doctè
Componit, veniet [88] qui pulmentaria condit.
Hos inter sumptus sestertia [89] Quintiliano
Vt multum duo sufficient: res nulla minoris
Constabit patri, quàm filius. [90] vnde igitur tot
Quintilianus habet saltus? [91] exempla nouorum
Fatorum transi: [a] felix, & [b] pulcher, & [c] acer,
Felix, & sapiens, & nobilis, & generosus
Appositam * nigræ [92] lunam subtexit [93] alutæ:
Felix, orator quoque maximus, & [94] iaculator.
[95] Etsi perfrixit, cantat bene. distat enim, [96] quæ
Sidera te excipiant modò primos incipientem
Edere vagitus, & adhuc [97] à matre rubentem.
Si fortuna volet, fies de rhetore [98] consul,

71 Poeta itaque suadet præceptori vt & ipse potius se conferat b ad veritas causas ab c imaginaria hæc sophistarum e exercitatione, quàm huiusmodi pertinaciæ & calumniis.
72 Libertatis à Rhetorica. Metaph. à gladiatoribus qui rude donati cessant.
74 Merces minima.
75 Tabella lignea certâ notâ insignita figuræ quadratæ, vnde & nomen: quandoque rotundæ quo symbolo ab horreis publ frumentum petas. a ticket.
76 Quanula mercede.
77 Rhetor. sophista.
78 Nobilium.
79 In minima mansa quasi diuidens & ingerens præcepta Rhetorica.
80 Theod. Gadarei rhetoris.
81 Supp. nummis.
82 Sat. 3. v. 6.
83 In porticu potius quàm platea.
84 Nec luto spargitur.
85 E lapide Numidico qui ad columnas optimus est. Horat. Od. 18. lib. 2. Columnas vltima recisas Africa.
86 Orienti obiecta matutinum excipiat solem.
87 Structor.
88 Coquus.
89 Rhetori. præceptori filii
90 Obiect. vnde igitur fuit Quintilianus tam diues?
91 Respon. à fatis & fortuna illi obtigerunt bona a fortunæ b corporis & c animi. Nam vt quisque insanus nigris medium impedit ungues Pellibus. Horat. Sat. 6. l. 1. Senatores primo calceos nigros induebant, postea cereos, galbos, coccinos, &c.
92 Senatorum calceis luna affuta erat, sc littera C. nota centenarij numeri patriciorum à Romulo institutorum.
93 Calceo exaluta.
94 Dialecticus, sophista.
95 Etsi quid peccatum sit in illius tamen laudem vertetur, vt rancus ex frigore etiam bene cantare dicatur.
96 Quod tibi nascenti sit θέμις & ὡροσκόπος.
97 A partu recenti, sanguine materno rubentem.
98 Vt Cicero. Quintiliano a ornamenta potius consularia quàm insignia potestatis data, refert Ausonius ad Gratianum.

Si

Si volet hæc eadem, fies de conſule [59] rhetor,
[1] *Ventidius quid enim? quid* [2] *Tullius? an ne aliud*
Sidus, & occulti miranda potentia fati? (quam
[2] Seruis regna dabunt, [1] captiuis fata triumphos.
Felix [3] *ille tamen, coruo quoque rarior albo.*
Pœnituit multos vanæ ſteriliſque [4] cathedræ,
Sicut [5] *Thraſymachi probat exitus, atque* [6] *Secundi*
Carinatis, & hunc inopem vidiſtis Athenæ,
Nil præter gelidas aulæ conferre [7] *cicutas.*
[8] Dij maiorum vmbris tenuem, & ſine pondere terram,
Spiranteſque crocos, & in vrna perpetuum ver,
Qui præceptorem ſancti voluere parentis
Eſſe loco. *metuens virgæ iam grandis Achilles*
[9] *Cantabat* [10] *patrijs in montibus: &* [11] *cui non tunc*
Eliceret riſum citharœdi [12] *cauda magiſtri.*
[13] *Sed Ruffum atque alios cædit ſua quæq; iuuentus,*
[14] *Ruffum, qui toties Ciceronem Allobroga dixit.*
Quis gremio [15] *Enceladi, doctiq;* [16] *Palæmonis adfert*
Quantũ grãmaticus meruit labor? & tamẽ [17] *ex hoc*
Quodcunq; eſt (minus eſt autem quàm rhetoris æra)
[18] *Diſcipuli cuſtos præmordet* [18] *Acœnitus ipſe,*
[19] *Et qui diſpenſat,* [20] *frangit ſibi:* [21] *cede Palæmon,*
Et patere inde aliquid decreſcere, non aliter, quàm
[22] *Inſtitor hybernæ tegetis, niueiq; caduci,*
[23] *Dum modo non pereat, mediæ quoa noctis ab hora*
Sediſti, qua nemo faber, qua nemo ſedebat,
[24] *Qui docet obliquo lanam deducere ferro:*

59 Valerius Licinianus prætorius, exul de ſenatore, Rhetor de oratore factus. Plin. epiſt. 11. l. 3.

1 Ven. Paſſus è captiuo & mulione ad prætoram, conſulatum & triumphum conſcendit. Val. Max. 6. 10. A. Gel. 15. 2.

2 Qui ex ſerua natus Tarquinio Priſco in regno Rom. ſucceſſit.

3 Quintilianus ſanè felix, cui ex arte contigerunt diuitiæ.

4 Rhetoricæ profeſſionis quam exercebant ſedentes in cath.

5 Carthaginenſis qui propter exiguam mercedem deſtitit à Rhetorica quam profiteri cœpiſſet.

6 Athenienſis, qui Rhetoricen profeſſus à Caligula in exilium relegatus eſt, quod per exercitationem in tyrannos perorraſſet.

7 Vide Perſ. Sat. 1. v. 2.

8 Dij dent maiorum noſtrorũ manibus & cineribus leuem terram perpetuò florentem, &c.

vide quæ nos ad vlt. verſ. Hippolyti Senecæ. 89 ep. 1. l. Martial & Perſ. Sat. 1. v. 77.

9 Fidibus canere didicit. 10 Theſſalis. 11 Et qui tunc grandis non riſu con- tinebat lenem Centaurum. *al.* & quis non riſiſſet? 12 Inſector Chironis Centauri partes. 13 Nunc a. Ruſum. i. præceptorem etiam puellis ſui diſcipuli cædunt. 14 Sa- trium Ruſſum Ciceronis æmulum, qui Cic. Gallicæ cuiuſdam eloquentiæ eſſe dixit.

15 Grammatici. 16 Rhemnij Pal. Grammatici, de quo Sat 6. verſ. 458. 17 Ex hac mercedula. 18 Pædagogus aliquid diminuit, abradit. In nomine autem alludit ad Anicetum pædagogum, de quo Suetoa. c. 5. Neron. 19 Oeconomus, diſpenſator.

20 Sibi aliquid præcedit. 21 Some abatements. 22 Sup. partitis ſibi de primo precio indicto aliquid detrahi. 23 Dum aliquid mercedis habeas.

24 Carminator.

Dum modo nox pereat totidem olfeciſſe lucernas,
Quot ſtabant pueri, cum totus [25] *decolor eſſet*
[26] *Flaccus, & hæreret nigro fuligo* [27] *Maroni*
Rara tamen merces, quæ [28] *cognitione tribuni*
Non egeat. ſed [29] *vos ſæuas imponite leges,*
Vt præceptori verborum regula conſtet,
Vt legat hiſtorias, autores nouerit omnes
Tanquam vngues digitóſque ſuos, vt ſortè rogatus
Dum petit aut thermas aut [30] *Phœbi balnea,* [31] *dicat*
[32] *Nutricem Anchiſæ, nomen patriamq́* [33] *nouercæ*
Anchemori, dicat [34] *quot Aceſtes vixerit annos,*
Quot [35] *Siculus Phrygibus vini donauerit* [36] *vrnas.*
Exigite, vt mores teneros ceu pollice ducat,
Vt ſi quis cera vultum facit: exigite, vt ſit
Et [37] *pater ipſius cœtus, ne turpia ludant,*
Ne [38] *faciant vicibus.* non eſt leue tot puerorum
Obſeruare [39] manus, oculóſque [40] in fine tre-
mentes.
Hæc, [41] *inquit, cures, &* [42] *cum ſe verterit annus,*
Accipe [43] *victori populus quod poſtulat aurum.*

25 Hollen. Puligine, vel manuũ contrectatione.
26 Horatij opus.
27 Virgilij operi.
28 Lite, coram tribuno ærario cui de minoribus cauſis cognoſcendi & iudicandi ius erat.
29 O parentes.
30 Balneatoris.
31 Huiuſmodi quæſtionibus Grammaticos vexare ſolebat Tib. Nero. *Suet.* vide & *Agellium* 14. 6. & *Senec. epiſt.* 88.
32 Nomen nutricis Anch. de qua nihil conſtat.
33 Ex Aeneid. 10. quam Seruius Caſperiam nominat.
34 Quia *ſenior.*
35 *Aceſtes.* Aeneid 1. Siciliæ rex.
36 Quia *cadis* ſeruarat *Aceſtes.* ibid.
37 Paternum in diſcipulos indutat affectum. Quintil. 2. 2.
38 Agant & patiantur.
39 Ne præputia ducant μαίζοντες.
40 In fine libidinis molliter natantes, & vt quidam legunt, *patrantes.*
41 Pater.
42 Finito anno.
43 Lenem mercedem vtpote Lucar. aureos quinque quos pop. in Indis ſcenicis dari poſtulabat ab eo qui ſpectacula exhibebat Capitolin. Antonin. Lucianus in Icaromenippo deridet tragicos ἐπὶ δεκαχιλίῳ τὸ τραγῳδεῖν. videor tamen mihi poſſe me hoc interpretari, nec ineptè, de auro quod aurigis victoribus vel ipſis equis poſtulari moris erat à pop. in Circo. q.d. Annua Grammatici merces non excedit ſummam auri quod datur aurigæ pro vnius horæ opera. vide Martialis ep. 74. l. 10. & Bulenger. de Circo c. 34. de præmijs aurigarum. & Xiphilin. in Heliogabalo. quem ἀθλητὰς ἁρματηλάτας, καὶ χρυσᾶς, ὡσανεί τινα θεὸν τυχόντων, εἰ τοῦτο.

SATY-

SATYRA VIII.

Veram nobilitatem non traducem à maioribus detinari, verùm in sua virtute sitam esse, frustra ostentari fumosas parentum imagines, si ipsi in ignauos, falsarios, ganeones, mimos, & gladiatores per omnem turpitudinem degenerarint.

[1] *Stemmata quid faciunt? quid prodest Pontice longo*
Sanguine censeri, pictósque ostendere vultus
Maiorum, & [2] stantes in curribus Æmylianos,
Et [3] Curios iam dimidios, [4] nasumque minorem
Corniui, & [4] Galbam auriculis nasoque carentem?
[5] Quis fructus generis tabula iactare capaci
*Corniuum, & posthac multa deducere * virga*
Fumosos equitum cum dictatore magistros,
Si coram [6] Lepidis male viuitur? [5] effigies quò
Tot bellatorum, si luditur alea pernox?
Ante [6] Numantinos si dormire incipis [7] ortu
Luciferi, quo signa duces, & castra mouebant?
[8] Cur Allobrogicis & magna gaudeat ara
Natus in Herculeo [8] Fabius lare, si cupidus, si
Vanus, & [9] Euganea quantumuis mollior agna?
Si [10] tenerum attritus [11] Catinensi pumice lumbum,
[12] Squallentes [13] traducit auos, [14] emptórque veneni
[15] Frangenda miseram [16] funestat imagine gentem?

1 Gradus generis & lineæ quæ ad pictas imagines tanquam rami ex stirpe dicuntur. Plin. l. 2. c. 23.

2 Statuas triumphales AEmyl.

3 Statuas nobilium vetustate diminutas & exesas.

4 Statuas equitum temporis edacitate imminutas.

5 Quid mihi tot imagines maiorum, cuius tibi lege monimenta legenti memoria erat subijcienda) iactas gentium & familiam ampla tabula Genealogica descripta, & veteres iamque fumo sitque obsitas imagines maiorum tuorum, quorum alij Dictatores, alij Magistri equitum fuere, alij leg *Famosos*, præterea *Fumosos*. Sic enim Cic. in Pisonem *fumosas* dixit *imagines*, & Senec. epist. * Radio, quo ordinem generis indicat. Alij virgarum fasces maiestatibus suis prælatas intelligunt. Ego ramos & virgas ex stirpe discurrentes significari arbitror, vt nota 1. supra. 6 Imag. clariss. maiorum quales fuere AEmyl. Lepidus, & Scipio AEmylianus qui Numantinus & Africanus cognominatus est. 7 Mane summo. 8 Cur titulos Fabij Max. qui Allobrogas deuicit vlurpet, & originem gentis suæ ab Hercule ductam gloietur Fabius Persicus fil. cui ob luxum à Prætore Vrbano patris bonis interdictum? Val. Max. 3. 7. & Senec. 4. de Benef. 30. 9 Venera vel Altinates oues. 10 Leuigatum & glabrum. 11 Quales lanarum a mollitie laudantur Altinates oues. 12 Pilis horridos, μὴ ὁ ῥασταζόμενος. 13 Dedecorat. Διατρίζει. Polyb. παραδιατρίζει. Metaph. à noxijs per forum traductis, vide quæ ad Martialis ep 4. lib. spect. b. 14 Veneficus. 15 Non ponenda cum alijs, si quis a grauis criminis conuictus esset, & statua eius frangebatur, Sat. 10. v. 58. 16 Pollut.

Tota licet veteres exornent vndique [17] *ceræ*
Atria: Nobilitas sola est atque vnica virtus.
[18] *Paulus, vel* [19] *Cossus, vel* [20] *Drusus moribus esto:*
[21] *Hos ante effigies maiorum pone tuorum:*
Præcedant ipsius illi te consule [22] *virgas,*
Prima mihi debes animi bona. *sanctius haberi,*
Iustitiáq; tenax factis dictisq; mereris?
Agnosco [23] *procerem:* [24] *salue Getulice, seu tu*
Silanus, quocunque alio de sanguine, rarus
Ciuis, & egregius patriæ contingis [25] *ouanti.*
Exclamare libet [26] *populus quod clamat Osiri*
Inuento. quis enim generosum dixerit hunc, qui
Indignus genere, & præclaro nomine tantum
Insignis: [27] *nanum cuiusdam Atlanta vocamus:*
Æthiopem [28] *cygnum: paruam* [29] *extortamq; puellam,*
[30] *Europen:* [31] *canibus pigris, scabiéque vetusta*
Lêuibus, & siccæ lambentibus ora lucernæ,
Nomen erit pardus, tigris, leo, si quid adhuc est,
Quod fremit in terris violentius. ergo cauebis,
Et metues, [32] *ne sic tu Creticus, aut Camerinus.*
His ego quem monui? tecum est mihi sermo [33] *Rubelli*
Plance, tumes alto Drusorum sanguine, tanquam
Feceris ipse aliquid, propter quod nobilis esses,
Vt te conciperet, [34] *quæ sanguine fulget Iuli,*
[35] *Non quæ ventoso conducta sub aëre texit.*
Vos humiles, inquis, vulgi pars vltima nostri,
Quorum nemo queat patriam monstrare parentis:

17 Cereæ imagines.
18 P. Æmilius.
19 Corn. Cossus qui Volumnio rege Veientium occiso secunda spolia opima tulit. *vel*, Coss. qui sub Augusto Gerulos domuit: *quia se quatuor*, salue Getulice.
20 Claudi ex hostium duce Druso cominus trucidato nomen reportauit.
21 Mores.
22 Lictorum, i. consulatum & honores præcedant mores prisci & sancti.
23 Te esse verè nobilem.
24 Vere triumphans & nobilis, ac si esses Cossus Getulicus (supra nota 19) sive Silanus, quocunque ortus es sanguine.
25 De te præclaro & bene merito cive.
26 Non minori lætitia quàm Ægyptij exultant, vbi inuenerint Apim bouem qui Osiridem, i. frumenti fationem repræsentet, exclamantes εὑρήκαμεν, συγχαίρομεν. Athenagoras orator, in legatione pro Christianis.
27 Sic Ironicè & κατ' ἀντίφρασιν nanum nobili cuipiam in delicijs vocamus Atlantem, qui gigas fuit, frater Promethei, rex Mauritaniæ, in montem conuersus, vt fabulantur, vide quæ ad Martialis ep. 77. l. 6. f. vide & Politiani Miscellan. c. 2. 28 Album. 29 Incuruam, gibbosam. 30 Proceram & erectam, qualis fuit Europa à Ioue tauro rapta.
31 Aut si quis canes tardos scabie depilatos & λίχνους dicat pardos, tigres, leones, & si quid illis ferocius nobilisve. 32 Ne tu *sic*. I. Ironice dicaris Creticus &c. specie & nomine quidem nobilis, vt Cret. Sat. 2. v. 67. & Camer. 7. v. 90. re verò ignobilis & degener.
33 Cui nobilitas per matrem ex Iulia familia pati ac Nero gradu. Tacit. 1. 34 Nobilis matrona è gente Iulia. 35 Non plebeia quæ sub dio (alij legunt *Aggere*. vt sit ager Tarquinij, vbi Plebeiæ molieres texere solebant) texit. Prol. Flauius coniectaneorum cap. 83. *sub aëre* exponit in atrio, vbi exercebant textrinam priscæ.

Ast

Aſt ego [36] *Cecropides.* [37] *viuas, & originis huius*
Gaudia longa feras: tamen ima plebe Quiritem
Facundum inuenies: ſolet hic defendere cauſas
Nobilis indoctiſ. veniet de plebe [38] *iugata*
Qui iuris nodos, & legum ænigmata ſoluat. [39]
Hic petit [41] *Euphraten iuuenis,* [42] *domitiq; Bataui*
Cuſtodes aquilas, armis induſtrius: at tu
Nil niſi [43] *Cecropides,* [44] *truncoq; ſimillimus Hermæ,*
Nullo quippe alio vincis diſcrimine, quàm quòd
Illi marmoreum caput eſt, tua viuit imago.
Dic mihi [45] *Teucrorum proles,* animalia muta
Quis generoſa putet niſi fortia? *nempe volucrem*
Sic laudamus equum, [46] *facili cui plurima palma*
Feruet & exultat [47] *rauco victoria* [48] *circo.*
Nobilis hic quocunque venit de [49] *gramine, cuius*
Clara fuga ante alios, & [50] *primus in æquore puluis.*
[51] *Sed venale pecus Corithæ, poſteritas &*
Hirpini, ſi rara iugo victoria ſedit:
Nil ibi maiorum reſpectus, gratia nulla
Vmbrarum, [53] *dominos pretijs mutare iubentur*
Exiguis, [b] *tritóque trahunt epirhedia collo*
Segnipedes, digniq; molam verſare Nepotis. [c]
Ergo vt miremur [54] te, [55] non tua, primum aliquid da,
Quod poſſim titulis incidere, præter honores
Quos illis damus, & dedimus, [56] quibus omnia debes.
[57] *Hæc ſatis ad iuuenem, quem nobis fama ſuperbum*
Tradit, & inflatum, plenumq; [58] *Nerone propinquo.*

36 Romulida, Indigena, tulia tam, ortundus vt Athenienſes nobiliſſimi à Cecrope rege primo.
37 Reſp. *Rubellio Poeta, Iron.*
38 Ima & vili.
39 Iuris peritus.
40 Alij ad militiam in extremis Romani imperij finibus præficiuntur contra Parthos & Germ.
41 Flumen Meſopotamiæ quod è Niphate maioris Armeniæ monte naſcitur.
42 Præſidia poſita ad coercẽdos, ne rebellent, Belgas illos **Hollanders** nuper a Domitiano domitos.
43 Genere ſpecioſus. Romulidam te iactans, vti ſe Cecropidas Athenienſes.
44 Mercurij ſtatuæ, quæ capite quidem erant marmoreæ & formatæ cætera trunci rudes & inutile lignum.
45 O Rubelli, qui te Iulio Cæſarulo & Teucris ſanguine iactas.
46 Facili ad curſum & veloci.
47 Propter clamorem, vel ſonoro
48 Spectante & fauente populo in Circo.
49 Paſcuo, agro, regione. Alij legunt *Germine.* 50 Pedibus puluerem in Circo mouens cæteros curſu præuertitur. 51 Equi contra etiam generoſiſſimi equa Corintha & victore equo Hirpino nati non æſtimantur, ſed venundantur ſi degenerent ſint & raro curuli certamine vincant. 52 Mortuorum maiorum Hirp. & Corinthæ. *Catachreſis.* 53 Vili venundantur
b rhedarijs & c molitoribus. Nepos nomen molitoris.
54 Tuas virtutes, quæ ſo te
55 Non maiores, qui extra te. 56 Ex quorum honoribus totus pendes, quorum ſunt. 57 Atque hæc ſufficiant obiter & per digreſſionem dicta Rubellio. 58 Vnde potius erubeſcendum erat. *Nero a ipſe & à Iulia familia originem duxit.*

Rarus enim ferme sensus communis in [59] illa
Fortuna. *sed te censeri laude tuorum* 75
Pontice noluerim, sic vt nihil ipse futuræ
Laudis agas. miserum est aliorũ incumbere famę.
Ne collapsa ruant subductis [60] tecta [61] columnis.
[62] *Stratus humi palmes* [63] *viduas desiderat vlmos.*
Esto bonus miles, tutor bonus, arbiter idem 80
Integer, ambiguæ si quando citabere testis
Incertæq; rei, [64] *Phalaris licet imperet, vt sis*
Falsus, [65] *& admoto dictet periuria tauro,*
Summum crede nefas animam præferre pudori,
Et propter vitam viuendi perdere [66] causas 85
[67] Dignus morte perit, cœnet licet ostrea centum
[68] Gaurana, & [69] Colmi [70] toto mergatur aheno.
[71] *Expectata diu tandem prouincia cum te*
Rectorem accipiet, pone iræ frena modumque,
Pone & auaritiæ, miserere inopum [72] *sociorum:* 90
[73] *Ossa vides regum vacuis exhausta medullis.*
Respice quid moneant leges, quid curia mandet,
Præmia quanta bonos maneant, quàm [74] *fulmine iusto*
Et [75] *Capito, &* [76] *Tutor ruerint damnante senatu*
[77] *Piratæ Cilicum.* [78] *sed quid damnatio confert,* 95
Cum [79] *Pansa eripiat, quicquid tibi* [80] *Natta reliquit?*
Præconem [81] *Chærippe tuis circumspice* [82] *pannis,*
Iamq; tace: furor est [83] post omnia perdere nau-
Non idem gemitus olim, nec vulnus erat par (lum.
Damnorum sociis florentibus, & modò victis: 100
Plena domus tunc omnis, & ingens stabat aceruus
Numorum, [84] *Spartana chlamys* [85] *conchylia Coa,*

59 Nobili & ampla. *Stultissima patientur opes.*
60 *Alleg.* gloria tua.
61 Meritis & honore maiorum.
62 Vtque vitis ad terram cadit nisi sustentetur ita & tu contemnêris ac peribis, amotis maiorum laudibus *vel*, vt vitis sustentanda est vlmis ne humi iaceat ita & tu virtute tua.
63 Quibus maritetur vitis ac innitatur, ex sympathia vitis cum vlmo. *Tibi vitis in vlmo est. Virg. 2 Eclog.*
64 Tyrannus, fuit autem Phalaris Agrigentinorum tyrannus.
65 Velitque te ad periurium adigere, minitatos tibi taurum aheneum vide Persii Sat. 3 v. 39.
66 Virtutem, veritatem, honestatem, bonam conscientiã, &c
67 Sceleris sibi conscius, vtut viuere videtur perit.
68 Lucrina, Gaurus mons est Campaniæ maritimus prope lacum Lucrinum, vbi optæ ostrea.
69 Vnguentarij vel luxuriosi.
70 Vnguentis pleno.
71 Expect. & expectata tibi. 72 Prouincialium, sociorum Rom. 73 Reges à præfectis exhaustos & fortunis omnibus exutos, 74 Vindicta & pœna. 75 Cap. Cossutianus damnatus repetundarum, quòd Ciliciam cui præfuerat, spoliasset. 76 Iulius Tutor item damnatus quòd eandem prouinciam rapinis vexasset. 77 Et ipsorum piratarum spoliatores. 78 Sat. 1. 47. 79 Posterior præfectus, *vel*, ærarium publicum. 80 Præfectus prior. 81 O prouincialis. 82 Qui vendat etiam pannos tuos, ne sit quo te spoliet nouus præfectus. 83 Dum Romam naui jactas prælectum accusaturus; quo etiam damnato nihil tibi ex tuis redit, verùm in ærarium infertur. 84 Tincta purpura è muricibus qui capiuntur circa Tænarum Laconicæ regionis promontorium. 85 Vestimenta tincta conchylijs in Co insula captis.

Et

Et cum [86] *Parrhasii tabulis, signisq;* [87] *Myronis,*
[88] *Phidiacum viuebat ebur, necnon* [87] *Polycleti*
Multus vbique labor, [89] *rarae sine Mentore mensae.*
Inde [90] [91] *Dolabella est atque hinc* [92] *Antonius, inde*
[93] *Sacrilegus* [94] *Verres, referebant nauibus altis*
Occulta spolia, & [95] *plures de pace triumphos.*
Nunc socijs iuga pauca boum, & grex paruus equa-
Et [96] *pater armenti capto eripietur agello,* (rum
Ipsi deinde lares, si quod spectabile signum,
Si quis in aedicula deus vnicus. [97] *haec etenim sunt*
Pro summis: nam sunt haec maxima. despicias tu
Forsitan [98] *imbelles Rhodios,* [99] *vnctamq; Corinthum*
Despicias merito. quid enim [1] *vesana iuuentus,*
Curaq; totius facient tibi leuia gentis?
Horrida [2] *vitanda est Hispania,* [3] *Gallicus axis,*
[4] *Illyricumque latus. parce &* [5] *messoribus illis*
Qui saturant [6] *vrbem* [7] *circo scenaq; vacantem.*
Quanta autem inde feres tam diræ praemia [8] *culpæ,*
Cum tenues nuper [9] *Marius discinxerit Aphros?*
Curandum in primis ne magna iniuria fiat (est
[10] *Fortibus, & miseris tollas licet omne quod vsquam*
Auri atque argenti, scutum gladiumque relinques,
Et iacula & galeam. spoliatis arma supersunt.
[11] *Quod modo proposui non est sententia, verum*
Credite me vobis folium recitare Sibyllae.
Si tibi sancta cohors [12] *comitum, si nemo tribunal*
[13] *Vendit* [14] *acersecomes, si nullum in coniuge crimen,*
Nec per [15] *conuentus, nec cuncta per oppida curuis*

86 Pictoris.
87 Statuarij.
88 A Phidia tam affabrè sculptum vt viuere videretur.
89 In qua non erant pocula à Mentore cælata.
90 Primi illi Præfecti prouincialibus nuper victis & societate Rom. donatis integras & intactas retinquebant opes, tabulas, statuas, opera nobilium artificum: Quæ tamen omnia Præfectorum secunda quasi progenies, Dolabella, Antonius, Verres, &c. euerrebant. Tertia verò progenies & huius ætatis præfecti ipsos hospites, equos & agros prouincialibus eripiunt
91 Quem Scaurus accusauit damnauitque quòd Asiam proconsul spoliasset
92 Senatu motus quod Achaiam depræd atus esset.
93 Qui nec sacris parcebat.
94 Siciliæ prætor & prædo.
95 Quam alij de bello.
96 Taurus, vel, æquus administrator.
97 Melius conuenient summis viris Rom. Iron. vel, hæc iam vtcunque tenuia
98 Molles. Sat. 6. 296.
99 Vnguentis delibutam, luxuriosam. 1 Resina leuigata. ἀ ρεσινα ἠλειμμένη. Clem. Alex. 3. Pædag. κεκνησμένη. 2 Non lacessenda rapinis prætoris, pugnantes. vel, Gall. regio quæ à Roma ad axem septentrionem vergit. 4 Illyrij, qui litus dextrum maris Adriatici incolunt, Sclauoniam, Germaniam. 5 Afris. 6 Romam. 7 Circensibus ludis & theatralibus prorsus indulgentem. 8 Spoliationis. 9 M. Priscus, Sat. 1. v. 49. 10 Fortibusque iisdemque miseris factis, qui iniuriarum tandem vltionem cogitabunt. 11 Digressus sum ab instituto veræ nobilitatis characterismos: quæ tamen leuiter tetigi, non minus vera sunt quàm oracula quæ soli sibi inscripsit Sibylla. 12 Amicorum & domesticorum. 13 Corruptus corrupit. 14 Catamitus intonsus, ex α & κειρω & κόμη. 15 Loca in quibus populi prouinciæ à magistratibus iudicijs, teq; adeò prætore, iuris dicendi gratia congregantur.

Vnguibus ire parat nummos raptura[16] *Celæno:*
Tunc licet à[17] *Pico numeres genus, altaq; si te*
Nomina delectant, omnem[18] *Titanida pugnam*
Inter maiores ipsumque[19] *Promethea ponas:*
De quocunque voles proauum tibi sumito[20] *libro.*
Quòd si præcipitem rapit ambitus, atque libido,
Si frangis virgas sociorum in sanguine, si te
Delectent hebetes lasso lictore secures:
Incipit ipsorum contra te stare parentum
Nobilitas,[21] *claramq; facem præferre pudendis.*
Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto maior, qui peccat habetur.
Quò mihi te solitum falsas signare tabellas[22]
In templis[23] *quæ fecit auus, statuamq; parentis*
Ante triumphalem? quò, si nocturnus adulter
Tempora[24] *Santonico velas adoperta cucullo?*
Præter[25] *maiorum cineres, atque ossa volucri*
Carpento rapitur pinguis[26] *Damasippus & ipse,*
Ipse rotam stringit multo[27] *sufflamine consul,*
Nocte quidem: sed luna videt, sed sidera testes
Intendunt oculos. finitum tempus[28] *honoris*
Cum fuerit, clara Damasippus luce flagellum
Sumet, & occursum nusquam trepidabit amici
Iam senis[29] *ac virga prior innuet, atque*[30] *manipulos*
Soluet & infundet iumentis hordea lassis.
Interea dum[31] *lanatas, torumque iuuencum*
More Numæ cædit Iouis ante altaria, iurat
Hipponam,[32] *& facies olida*[33] *ad præsepia pictas.*
Sed cùm peruigiles placet[34] *instaurare popinas,*
Obuius assiduo[35] *Syrophœnix udus amomo*

16 Vxor velut Harpya. Æneid. 3. *vel* auaritia tua.
17 Primo Aborigi-num rege Fauni patre, Saturni filio.
18 Ipsos Titanas Τιτανομαχίας.
19 Iapeti & Clymenes filium, Deucalionis patrem.
20 Scriptore. *vel* historia.
21 Vt turpitudo tua eo clarius appareat quo illustrior est tua nobilitas.
22 Quorsum te nobilem iactas? &c.
23 *Emphatice & oppositè, tu falsarius, ille religiosus.*
24 Quo Santones Galliæ pop. vtuntur.
25 Viam Flaminiam vel Latinam. Sat. 1. v 170.
26 Nobilis quispiã aurigandi studiosus, *nomen fict.* quasi equorum domitor, Hippodamas.
27 Retinaculo, quod per radios rotarum immissum currum in descensu sistit. quod Herodes Atticus προχωμίδιον appellauit, Simatistus ἀποχλίαστρον. ref. Athenæo l. 3. c. 21.
28 Consulatus.
29 Grauis Senatoris, cuius autoritatem ætatemque reuerentiæ & pudori fuisse æquum erat.
30 Fasciculos fœni.
31 Ouem.
32 Iumentorum & mulionum deam, tanquam numen maximè sibi venerandum quodque sibi propitium velit. Eponam vocat Prudentius in Apotheosi. & Plutarch. in Parall.
33 Imagines eiusdem deæ. atque aliorum eiusmodi numinum quæ equis præsunt.
34 Intermissa aurigatione repetere popinas.
35 Vnguentarius, nomen fict. ex Syria & Phœnicia, vnde mittantur vnguenta & odores. Quin & Bacchum Lucianus in Διῶν ἐκκλησίᾳ appellat Συρο-φοινικὸς πυθ- ἐμπόρε, τῶ Καδμε δυσγαμε θεέ.

Currit,

Currit,[36] *Idumæa Syrophœnix incola portæ*
Hospitis affectu dominum, regemque salutat,
Et cum venali[37] *Cyane succincta*[38] *lagœna.*
Defensor culpæ dicet mihi: fecimus & nos
Hæc iuuenes.[39] *esto: desisti nempe, nec vltra*
Fouisti errorem. breue sit quod turpiter audes.
Quædam cum prima resecentur crimina barba,
Indulge veniam pueris.[40] *Damasippus ad illos*
Thermarum calices,[41] *inscriptaq; lintea vadit*
[41] *Maturus bello Armeniæ, Syriæq; tuendis* (nem
[43] *Amnibus, &* [44] *Rheno, atque Istro præstare* [45] *Nero-*
Securum valet hæc ætas.[46] *mitte Ostia Cæsar,*
Mitte, sed in magna legatum quære popina,
Inuenies aliquo cum[47] *percussore iacentem*
Permistum nautis, aut furibus, aut fugitiuis,
Inter carnifices, & fabros[48] *sandapilarum,*
Et[49] *resupinati cessantia tympana*[50] *Galli,*
Æqua vbi libertas, communia pocula, lectus
Non alius cuiquam, nec mensa remotior vlli.
Quid facias talem sortitus Pontice seruum?
Nempe in[51] *Lucanos, aut Thuscæ*[52] *ergastula mittas.*
At vos[53] Troiugenæ vobis ignoscitis, & quæ
Turpia[54] cerdoni,[55] Volesos,[56] Brutósq; decebunt.
Quid, si nunquam adeò fœdis, adeóque pudendis
Vtimur exemplis, vt non peiora supersint?
Consumptis opibus vocem Damasippe locasti
[56] *Sipparo, clamosum ageres vt* [57] *Phasma Catulli.*
[58] *Laureolum* [59] *Velox etiam bene Lentulus egit,*

36 Iudææ portus Romæ, sic dictæ, quod per eam Vespasianus & Titus de Iudæis triumphantes ingressi sunt. est autem Idumæa Syriæ pars Iudææ vicina.
37 Popinaria, tabernaria.
38 Vini.
39 *Resp.*
* Quæ resecta ponebatur primum anno ætatis vicesimo.
40 Sed Damasip.
41 Vela popinis & thermis, quæ promiscuè cum lupanaribus contunduntur, oppania: eaque vt plurimum lintea & acu picta, qualia visuntur in Italia & Hispania, nisi per *inscripta* melius intelligamus inscriptionem rerum ibi venalium, cen meretricem in cellis prostantium, vt *titulum mentita Lycista.* vide quæ annotata ad vers. 129 & 125. Sat. 6.
42 Iam vir, militiæ habilis.
43 Euphrati & Orontis. ad prohibendos hostes ne incursionibus Syriam infestent.
44 Ne incursent hostes in has provincias, *vel* ne defi-

ciant Galli aut Germani horum fluvii accolæ. 45 Imperatorem. 46 An tibi opus est nobili viro, ô Cæsar, quem mittas ad Ostia Tiberis vt ibi navim conscendat cum mandatis & legatione? si opus sit, quære legatum in popina. 47 Sicario. 48 Feretrorum, quibus vilium personarum & damnatorum corpora efferebantur. 49 Ignavi, *vel* ebrij. 50 Sacerdotis Cybeles. 51 Agros Luc. in Etruria, vbi vinctus fodiat. 52 In quibus servi in compedibus opus faciunt. 53 Nobiles Rom. qui à Troianis originem deducitis. 54 Vili & ignobili. 55 Nobiles. 56 Ludis scenicis, est n. Sipparium aulæum seu velum sub quo latent mimi. 57 Fabulam dicta a Phasma, i. spectrum à Catullo mimographo scriptam. 58 Partem Laureoli qui in fabula à Nævio vel Laberio scripta cruci affigitur, de quo Martial. lib. spect. epigr. 7. 59 Lentulus Velox nobilis.

Iudice

Iudice me dignus vera cruce, nec tamen ipſi
Ignoſcas[60] *populo: populi frons durior huius*
Qui ſedet, & ſpectat[61] *triſcurria patriciorum,* 190
[62] *Planipedes audit*[63] *Fabios, videre poteſt qui*
[64] *Mamercorum alapas. quanti ſua funera vendant,*
Quid refert? vendunt[65] *nullo cogente Nerone,*
Nec dubitant[66] *celſi prætoris vendere ludis.*
[67] *Finge tamen gladios inde, atque hinc pulpita pone,* 195
Quid ſatius?[68] *mortem ſic quiſquã exhorruit, vt*[69] *ſit*
Zelotypus Thymeles, ſtupidi collega[70] *Corinthi?*
[71] *Res haud mira tamen citharœdo principe mi-*
Nobilis, hæc vltra quid erit niſi ludius? & illic (mus
Dedecus vrbis habes, nec[72] *Mirmillonis in armis,* 200
Nec clypeo[73] *Gracchum pugnantẽ, aut*[74] *falce ſupina.*
(Damnat enim tales habitus, & damnat & odit)
Nec galea frontem abſcondit.[75] *mouet ecce tridentẽ*
Poſtquam vibrata pendentia retia dextra
[76] *Nequicquam effudit, nudum ad*[77] *ſpectacula vultũ* 205
Erigit, & tota fugit agnoſcendus arena.
Credamus tunicæ, de faucibus aurea cum ſe
Porrigat, & longo iactetur[78] *ſpira galero.*
Ergo[79] *ignominiam grauiorem pertulit omni*
Vulnere, cum Graccho iuſſus pugnare ſecutor. 210
Libera ſi dentur populo ſuffragia, quis tam
Perditus, vt dubitet[80] *Senecam præferre*[81] *Neroni?*
Cuius ſupplicio[82] *non debuit vna parari*

60 Qui hæc nobiſſum dedecora ſuſtinet ſpectare non ſine applauſu. huius rei fœdam & indignam impudentiam vide, ſi vacat, egregie depictam à Xiphilino, in ſpectaculis à Nerone in honorem matris Agrippinæ editis. l. 6.

61 Extreme ſcurrilia. Ioſ. Scal. ad Catullum legit *traſcurria* & vult poetam innuere patritios *tranſiſſe ad ſcurras*, i. orcheſtram.

62 Comœdos planis. i. nudis pedibus agentes.

63 Nobiles.

64 Nobilium qui paraſitorum plagipatidarum vel ſeruorum partes ſuſtinentes alapis cæduntur à domino mimo, vt Panniculus à Latino vide Martialis ep. 72. l. 2. & ep. 61. l. 5.

65 Domitiano non cogente eos, vt fecit Nero, qui in arenam deſcendere iuſſit 400 Senatores, 600 equites, quadringentos tamen apud Suetonium falſo exſcriptum pro quadrageſimos ſuſpicatur Lipſius 2. Saturn. 3. vt & ſexcentos &c. 66 In ſublimi cæſu ſedentis, vt ludos quos præbet diſponat. Sat. 10. verſ. 360. 67 Proponitur ex hac parte gladiatura, ex illa ſcenica: vtra harum eligenda? annon illa potius ſubeunda vel ſi opus ſit — 68 —Gladio mori, potius quàm — 69 — Agat partes Latini Zel. Thymeles, i. cantatricis, de quibus 1. Sat. v. 36 70 Mimi, hiſtrionis. 71 Ord. e. nobilis tamen mimus eſt res haud mira principe citharœdo, i. cum Nero ſit citharœdus. 72 Vide Sat 2. verſ. 143. 73 Nobilem 74 Quo vtitur Mirmillo & Harpe Thrace. i. gladio incuruo ceu fica, vt Retiarius fuſcina ceu tridenti & reti. 75 Retiarius eſſe vult (qui ſolus ex gladiatoribus aperta facie pugnabat) vt videatur & cognoſcatur. 76 Et errauit, nec aduerſarium irretiuit. 77 Spectatores. 78 Faſcia, qua galerus ſub mento vincitur. 79 Deriſus à ſpectatoribus quòd perditus Mirmillo imperium nobilem ſuperârit. 80 Sanctiſſimum virum, ſed humili loco natum. 81 Genere claro, ſed vitijs iniquiſſimo. 82 Nec enim vnum commiſerat patricidium.

83 *Simia,*

[83] *Simia, nec serpens vnus, nec culeus vnus.*
Par [84] *Agamemnonidæ crimen, sed causſa facit rem*
Dissimilem: quippe [85] *ille deis authoribus vltor*
[86] *Patris erat cæsi* [87] *media inter pocula, sed nec*
[88] *Electræ iugulo se polluit, aut* [89] *Spartani*
Sanguine [89] *coniugij,* [90] *nullis aconita propinquis*
M. scuit, [91] *in scena nunquam cantauit Oreſtes,*
[91] *Troica non scripsit. quid enim* [92] *Virginius armis*
Debuit vlciſci magis, aut cum [92] *Vindice* [92] *Galba?*
[93] *Quid Nero tam sæua crudáque tyrannide fecit?*
Hæc opera, atque hæ sunt generoſi principis artes,
Gaudentis fœdo [94] *peregrina ad pulpita ſaltu*
[95] *Proſtituui,* [96] *Graiæq; apium meruiſſe coronæ.*
Maiorum effigies habeant [97] *inſignia vocis,*
Ante pedes [98] *Domiti longum tu pone Thyeſtæ*
[99] *Syrma, vel Antigones, ſeu* [1] *perſonam Menalippes,*
Et de marmoreo citharam ſuſpende [2] *Coloſſo.*
Quis Catilina tuis natalibus, atque Cethegi
Inueniet quicquam ſublimius? [3] *arma tamen vos*
Nocturna, & flammas domibus templiſq; paraſtis,
Vt [4] *Braccatorum pueri,* [5] *Senonúmque minores,*
Auſi quod liceat [6] *tunica punire moleſta.*
Sed vigilat conſul, [7] *vexilláque veſtra coercet,*
Hic [8] *nouus Arpinas ignobilis, & modò Romæ*

81 Parricidij conuictus cum simia, gallinaceo, vipera & cane, tot simul parricidis culeo insutus in mare vel proximum flu proiiciebatur.
84 Oreſtis qui matrem Clitæmneſtrã interfecit.
85 Oreſtes.
86 Agamemnonis.
87 A matre & adultero AEgiſtho, *al.* in balneo, *al.* dum veſtem indueret ſuæ capitio.
88 Cæde ſororis ſuæ El. vt Nero Britannici fratris.
89 Coniugis Hermiones filiæ Menelai ducis Spartani, vt Nero cæde Octauiæ, Antoniæ, & Poppææ.
90 Vt Nero Britannico.
91 Vt Nero, qui incendium Romæ ex altiſsimâ turre Mecœnatinâ proſpectans decantauit Troica ceu Ἰλίου πέρσιν ſuam. Oroſius. Euſebius. Sueton. c. 38. Tacit. Annal. 15.

92 Qui præfecti in Gallijs & Hiſp. à Nerone deſciuerunt, & in Neronem coniurauerunt aſſentante ſenatu. 93 Quidnam enim maximè fuit inhoneſtum & indignum quod in omni tyrannide admiſit Nero? certè proſtituiſſe ſe in noſtris Græciſque ſcenis citharœdum, hiſtrionem, ſaltatorem, &c. 94 Neapoli, & in Achaia, aliiſque locis peregrinis. 95 Metaph. à meretrice. 96 In iſthmicis certaminibus cum citharœdis certans apio coronabatur Nero. 97 Coronam hanc tuam ex Apio. 98 Domitij auui vel patris tui. 99 Veſtem longam qua indutus es, cùm tragœdiam de Thyeſte, vel Antigone filia Oedipi ageres. 1 Larvam, qua vſus repræſentaſti fabulam Menalippes à Neptuno amatæ non à perſonando dict. vt Gellio videtur, inquit Iul. Scal. ſed quod erat σῶμα. 2 Ad Auguſti ſtatuam, *vel*, Coloſſum quem 110 pedum erexit Nero, Plin. 34. l. c. 7. vt Sueton. 120 ped. Sunt qui *Syrma* ſignantius & ἡμιτραγικοτέρως tribui *Thyeſtæ* & *Antigonæ* perſonis ſc. regii ſpiritus & elati animi; *Perſonam* item *Menalippes*, quia ſub eius perſona Euripides Anaxagoræ præceptoris ſui ſedatam & philoſophicam exprimit ſententiam, vide Dionyſij Halicarnaſſ. commentarium nimium. 3 Hæc ſatis nota ex Saluſtio. 4 Vt olim Narbonenſes ex ἀφελῶς ἐσταλμένοι. 5 Lugdunenſes qui ſub Brenno Romam ceperunt & incenderunt, Gallia Braecata, &— 6 —Lugdunenſes qui ſub abſoluti cremabantur viui, ſeruo cum ioco candelæ loco, Tun. alimentis ignium illita qua obuoluti cremabantur viui, ſeruo cum ioco candelæ loco, vel, Herculem Oetæum repræſentantes. Sat. 1. v. 155. 7 Copias & conatus veſtros. 8 Cicero Arpino Volſcorum oppido ortus.

9 Municipalis eques, [10] galeatum ponit vbique
Præsidium attonitis, & [11] in omni gente laborat.
Tantum igitur muros intra [12] toga contulit illi
Nominis, & tituli, quantum non [13] Leucade, quantũ
[14] Thessaliæ campis Octauius abstulit vdo
Cædibus assiduis gladio. sed Roma parentem,
Roma [15] patrem patriæ Ciceronem libera dixit.
[16] Arpinas alius Volscorum in monte solebat
Poscere mercedes alieno lassus aratro,
Nodosam post hæc [17] frangebat vertice vitem,
Si lentus pigra [18] muniret castra dolabra:
Hic tamen & [19] Cimbros, & summa pericula rerum
Excipit, & solus trepidantem protegit vrbem.
Atque ideo postquã ad Cimbros, stragemq; volabant,
Qui nunquam attigerant maiora cadauera corui,
[20] Nobilis ornatur lauro collega secunda.
Plebeiæ [21] Deciorum animæ, plebeia fuerunt
Nomina: pro totis legionibus hi tamen & pro
Omnibus auxilijs, atque omni * plebe Latina
Sufficiunt ** dys infernis, terræq; parenti.
Pluris enim Decij, quàm qui seruantur ab illis.
[22] Ancilla natus [23] trabeam, & [24] diadema Quirini
Et fasces meruit regum [25] vltimus ille bonorum.
Prodita [26] laxabant portarum claustra [27] tyrannis
Exulibus [28] iuuenes ipsius consulis, & quos
Magnum aliquid dubia pro libertate deceret,
Quod miraretur cum [29] Coclite [30] Mutius, & [31] quæ
Imperij fines Tiberinum virgo natauit.

9 Ex municipio Arpinati adscitus eques.
10 Armatum.
11 Dum consulit reip. Rom. quæ gentium caput est.
12 Prudentia in pace.
13 Cruenta pugna nauali iuxta Leucadem promontorium Epiri, qua deuicti sunt Antonius & Cleopatra.
14 Pharsaliæ campis, ad Philippos in Thessalia, vbi deuicti sunt Brutus & Cassius.
15 Quo nomine primus eum salutauit M. Cato.
16 C. Marius mercenarius in suo Arpino arator.
17 Vitis centurionis in Marij vertice frangebatur. Sat. 14. v. 193.
18 Miles gregarius ceu faber.
19 Cimbros & Teutonas qui ex Dania & Germania maxima cum exercitu Romam contendentes magnum terrorem Italiæ incusserunt, sed à Mario deuicti præda coruis facti sunt.
20 Nobilis collega Q. Catulus Lutatius secundo loco triumphauit cum

vni Mario homini nouo victoriæ honos tribueretur, licet vtriusque Cons. auspicijs res gesta sit. 21 Patris & filij, qui se pro Rom. legionibus deuouerunt. * al. pube. ** Dijs manibus, terræque matri. 22 Seruus Tullius captiua Ocriculana natus. 23 Vestem trabibus pannorum albis & purpureis intertextam. vel, vt Liuio placet, togam circumdistinctam purpurâ sub regmine puniceo, vt Halicarnassæo, vestem ex purpura & cocco. Verum hanc distinguit Alex. ab Alexand. c. 18. l. 1. 24 Fasciam ceu pannum quo reges caput vinciebant, coronam Romuli. 25 Secutus enim est Tarquinius superbus regum vltimus. 26 Laxare conspirabant. 27 Tarquinijs quos reducere volebant. 28 Tit. & Tib. filij Iunij Bruti Cons. 29 Horatio Coclite. 30 Mu. Scæuola. 31 Cloelia quæ obses Porsenæ data Tiberim trauauit, deceptis custodibus.

Occulta

Occulta ad[32] *patres produxit crimina*[33] *seruus*
[34] *Matronis lugendus: at*[35] *illos*[36] *verbera iustis*
Afficiunt pœnis, &[36] *legum prima securis.*
Malo pater tibi sit[37] Thersites, dummodo tu sis
[38] Æacidæ similis,[39] Vulcaniaque arma capessas,
Quàm te Thersitæ similem producat Achilles.
Et tamen vt longè repetas, longeque reuoluas
Nomen: ab infami gentem deducis[40] *asylo.*
Maiorum primus quisquis fuit ille tuorum,
Aut pastor fuit, aut[41] illud, quod dicere nolo.

32 Brutum & Aquilium, *vel*, Valerium & senatores.
33 Indicauit Vindex Cecinensis Aquiliorum seruus.
34 Orbis filij, *vel*, cuius mors lugenda esset matronis, quas a tyrannorum impudicorum vi, iudicio suo liberarat.
35 Filios Bruti & A. quosdam cum alijs coniurantes
36 Virgis cæsos, consulatus ille primus imperium liberum primum securi percussit. 37 Græcorum deformissimus animo & corpore. 38 Achilli. 39 A Vulcano fabricatis. 40 Ad quod (Romuli instituto vt imperium augeret) vndique confugêre scelerati. 41 Latro, sicarius, homicida, &c. qui ad asylum hoc confugit.

SATYRA IX.

Obscœnam Cinædorum & Pathicorum turpitudinem acriter at nimis apertè insectatur.

P. *Scire velim, quære toties mihi Neuole tristis*
Occurras fronte obducta, ceu[2] *Marsya victus:*
Quid tibi cum[3] *vultu, qualem deprensus habebat*
Rauola, dum Rhodopes vda terit inguina barba?
[4] *Nos colaphum incutimus lambenti crustula seruo.*
[5] *Non erat hac facie miserabilior Crepereius*
Pollio, qui triplicem vsuram[6] *præstare paratus*
Circuit, &[7] *fatuos non inuenit, vnde repentè*
Tot rugæ? certè modico contentus[8] *agebas*
Vernam equitem,[9] *conuiua ioco mordente facetus,*
Et salibus vehemens[10] *intra pomœria natus.*
Omnia nunc contrà, vultus grauis, horrida[11] *siccæ*
Sylua comæ, nullus tota nitor in cute, qualem
Præstabat calidi circumlita fascia[12] *visci,*

1 Dramatica hæc satyra: P. poetam, N Nævolum denotat.
2 Marsyas Phrygius Apollinem in certamen musices provocare ausus ab eo victus, & excoriatus est.
3 Tristi qualem habebat Raola cum deprehenderetur meretricis Rhodopes inguina lingens.
4 Quidni tristis sim & pœnam expallear, quando etiam seruis colaphum incutimus lambentibus dulciaria? quanto magis illi, &c.
5 Non magis pallebat Cr. Pollio luxuriosus nepos. 6 Solvere pollicitus. 7 Qui illi pecuniam credant non redditurus. 8 Verna cum esses equitum opes æquabas animo, cultu, nitore. 9 Eraque conuiua facetus ioco mordente. 10 Vrbanis, Pomœriis sunt loca post vel pone mœnia quæ nec habitari nec arari fas erat. 11 Non deliberg & vnguento splendentis. 12 Psilothri è resina vitico & cera pilos euellentis.

Sed

Sed fruticante pilo neglecta, & squalida crura.
Quid macies ægri veteris, quem tempore longo
Torret [13] *quarta dies, olimq; domestica febris?*
Deprendas animi tormenta latentis in ægro
Corpore, deprendas & gaudia, [14] sumit vtrunque
Inde habitum facies. *igitur flexisse videris*
Propositum, & vitæ contrarius ire priori. (*medè*
Nuper enim (*vt repeto*) [16] *fanũ Isidis, &* [17] *Gany-*
Pacis, & [18] *aductæ secreta palatia matris,*
Et [19] *Cereremne nam quo non prostat fœmina templo?*)
Notior [20] *Ausidio mœchus celebrare solebas.*
(*Quod taceo*) *atque ipsos etiam* [21] *inclinare maritos.*
N. Vtile & hoc multis vitæ genus, at mihi nullum
Inde operæ pretium, [22] *pingues aliquando lacernas*
Munimenta togæ, duri crassiq; coloris,
Et male percussas textoris pectine Galli
Accipimus, tenue argentum, [23] *venę q; secundæ.*
[24] Fata regunt homines, *fatum est in partibus illis*
Quas sinus abscondit, nam si tibi sidera cessant,
Nil faciet longi mensura incognita nervi:
Quamuis te nudum [25] *spumanti* [26] *Virro labello*
Viderit, & blandæ assidue densæq; tabellæ
Sollicitent, [28] ἄνδρα γὰρ γλυκὺ καὶ ἀπὸ κίναδον.
[29] *Quod tamen vlterius monstri fu, quã mollis auarus?*
[30] *Hæc tribui, deinde illa dedi, mox plura tulisti.*
[31] *Computat, & cenet,* [32] *ponatur calculus, adsint*
Cum tabula pueri, numera sestertia quinque
Omnibus in [33] *rebus, numerentur deinde* [34] *labores*
[35] *An facile & pronum est agere intra viscera penè*
Legitimum, atque illic hesternæ occurrere cœnæ?

13 Quartana & iam familiaris febris.
14 Ex animo facies indnit mœrorem aut lætitiam.
15 Vt memoria repeto.
16 Sat. 6. v. 488.
17 Statuam Ganymedis à Vespasiano erectam in templo Pacis, Pol. Lauius coniectan. cap. 75. legit *Ganymedis*. & regi vult a praced. fanum. Quid enim (inquit) Pacis templo cum statua Ganymedis?
18 Cybeles matris deûm è Phrygia adnectæ templum quod in palatio est.
19 Et ipsum castæ Cereris templum.
20 Mœcho insigni
21 Ad turpe ministerium.
22 Vsu immundas, veleraviloris è Gallia lanæ & fili, vnde addit *percussas textoris pectine Galli*. & Mart. 3. *Sequanica pingues texticis aluinam*. &, *me pinguis Gallia vestit*.
23 Minus purum, mixtum.
24 Etiam στωϊκὸς ille cinædus iste scarabæus.
25 Præ libidine & desiderio saliua fluente.
26 Dives Pathicus.
27 Literæ missæ.
28 Sup. ἐρᾷ ret.

1. expedit, vt cinædus sit moribus dulcis. *a'ñ legunt* ἀυτὸς γὰρ ἡδὺ λαλεῖ καὶ ἀπὸ κίναδος. Lipse cinædus attrahit vel pellicit ad se virum. 29 Auarus est, quod etiam mollitie detestius monstrum est. 30 *Verba Virronis ad Draucum.* 31 *Inquit Draucus.* 32 *Et hæc Virronis sunt.* 33 Quas tibi donani. 34 Tui, an æquent sumptum meos. 35 *Resp. Draucus*, iracundus, obscœnus, impius. *Et hic quidem locus ex eorum numero est propter quorum insolentiam toto Iuuenalis opere abstinere bonum virum iubet Iul. Scal. 3. Poetic. 97.*

Seruus

Seruus erit minus ille miser, qui foderit agrum.
Quàm dominum. sed tu sanè tener, & puerum te,
Et pulchrum, & [36] dignum cyatho, cœloq; putabas.
[37] Vos humili assectæ, vos indulgebitis vnquam
Cultori, iam nec morbo donare parati?
[38] En cui tu viride [39] vmbellam, cui [40] succina mittas
Grandia, natalis quoties redit, aut [41] madidum ver
Incipit, & strata positus, longaq; cathedra
Munera fœmineis tractas secreta [42] calendis.
Dic [43] passer, cui tot montes, tot prædia seruas
[44] Appula, [45] tot milibus intra tua pascua lassos?
Te [46] Trifolinus ager fœcundis vitibus implet,
[47] Suspectumq; iugum Cumis, & [48] Gaurus [49] imanis.
Nam quis plura [50] linit [51] victuro dolia musto?
[52] Quantum erat [53] exhausti lumbos donare clientis
Ingeribus paucis, [54] melius ne hic rusticus insans
Cum matre, & cassidis, & cum lusore catello
Cymbala pulsantis legatum fiet amici?
Improbus es, cum poscis, [55] ait, sed pensio clamat,
Posce, sed appellat [56] puer vnicus, vt Polyphemi
Lata acies, per quam solers euasit Vlysses.
Alter emendus erit, namq; hic non sufficit, ambo
Pascendi. quid agam bruma spirante? quid oro?
Quid dicam [57] scapulis seruorum meuse Decembri,
Et [58] pedibus? durate, atque [59] expectate cicadas?
Verùm vt dissimules. vt mittas [60] cætera, quanto
[61] Metiris pretio, quòd ni tibi deditus essem,
Deuotusq; cliens, vxor tua virgo maneret?
Scis certe quibus ista modis, quàm sæpe rogaris,
Et quæ pollicitus, fugientem sæpe [62] puellam

35 Qui raptim ad ministerium cyathi Ioui tanquam Ganymedes.

37 Ecquid speranda clientibus vestris si nihil donetis libidini vestræ & voluptatum ministris?

38 En pulchrum & delicatum Ganym. *Ironicè.*

39 Ne sole scil. offuscetur, instar Conopæi, quæ solem arceat. Hisp. signatè dicitur *Quitasol*, i. arceo solem. Ital. *Capellato.*

40 Vasa vel sphæristas & aruillatæ, buccino.

41 Calend. Mart. quibus natalis Veneris celebrabatur & matronalia, vbi mulieribus à maritis & amatoribus munera debantur munera. vide quæ ad ep. 85. lib. 5. Martial. h.

42 Salax vir, vt passer, cui salacitatis nomen vitæ quinquennio longius negat.

43 In Apulia.

44 Lanifondia qui, bus transuolandis milui defatigentur. Pers 4. *quantum non milvus oberret.*

45 In Campania. 46 Misenum promontorium Cumis imminens ruituro simile adeoque Cumanis suspectum. 47 Mons Campaniæ non procul à Baijs. 48 Caretnosus. 49 Pice obturat i. secondit. 50 Duraturo atque diu vigorem & animum seruaturo. 51 Quantum. 52 Venere. 53 Meliúsne legabitur Gallo sacerdoti quàm mihi prædiolum cum puero, matre sua & catello collusore? 54 *An Virro.* 55 Ne hoc deficiente ego prorsus destituar tanquam Polyphemus vnico ab Vlysse effosso oculo. 56 Nudis. 57 An iubebo exspectare æstatem? qua cicadæ quidem canunt, frigore vero ab byberno pereunt. 58 Officia mea in te. 59 Æstimas? 60 Vxorem tuam.

Am-

Amplexu rapui,[61] *tabulas quoque ruperat, & iam*
[62] *Signabat, tota vix*[63] *hac ego nocte redemi*
Te plorante fores: testis mihi lectulus, & tu,
Ad quem peruenit lecti sonus, & dominæ vox.
Instabile, ac dirimi cœptum, & iam penè solutum
Coniugium in multis domibus seruauit adulter.
Quò te circumagas?[64] *quæ*[65] *prima, aut vltima ponas?*
Nullum ergo meritum est ingrate, ac perfide nullum,
Quòd tibi filiolus, vel filia nascitur ex me?
Tollis enim, &[66] *libris actorum*[67] *spargere gaudes*
Argumenta viri.[68] *foribus suspende coronas*
Iam pater es, dedimus quod[69] *famæ opponere possis.*
* *Iura parentis habes,*[70] *propter me scriberis heres,*
Legatum omne capis, nec non & dulce caducum.[71]
Commoda præterea iunguntur multa caducis:
Si numerum,[72] *si tres impleuero. P. iusta doloris,*
Næuole causa tui: contrà tamen ille quid affert?
N. *Negligi, atque alium bipedem sibi quærit*[73] *aselum.*
Hæc soli commissa tibi celare memento,
Et tacitus nostras intra te fige querelas.
Nam res mortifera est inimicus[74] *pumice leuis.*
[75] *Qui modo secretum commiserat, ardet, & odit.*
Tanquam prodiderim quicquid scio: sumere ferrum
Fuste[76] *aperire caput,*[77] *candelam apponere valuis*
Non dubitat, nec contemnas, aut despicias, quòd
His[78] *opibus nunquam cara est*[79] *annona veneni.*
Ergo occulta teges, vt[80] *curia Martis Athenis.*

61 Nuptialis in quibus verba solennia fuerunt, *liberorum procreandorum gratia, vxorem duci.* Brisson. de formul. 62 Alteri viro nuptura. 63 Huius noctis labore. 64 Quò te vertas, ad quod subterfugium? 65 Ad excusationem, sic Dido: *Quæ quibus anteferam?* AEneid. 4. 66 Educas. 67 In quibus natos sibi liberos professi parentes eorum nomina scribebant, notato die & consule. Brisson antiq. l. 1. c. 5. 68 In signum puerperii. 69 Impotentiæ & mollitiei infamiæ. * Qui patres erant, præterebantur alijs in petitione magistratus, & forte prouinciali præcedebant collegas, &c. 70 Ῥωμαίων πολλοὶ γαμοῦσιν οὐ γεννῶσιν, οὐχ ἵνα κληρονόμους ἔχωσιν, ἀλλ' ἵνα κληρονομεῖν δυνώμενοι. Plutarch. περὶ φιλοστοργίας. Cœlibes ex testamentis nihil capiebant, nisi è proximè iunctorum: orbi non nisi dimidium. 71 Legata ita concipiebantur his verbis, *Quandoque liberos habuerit.* Qua conditione in tuis deficiente, cadet, quod non expectabas, legatum in te tuosque liberos, lege Papia cessurum in ærarium sibi privilegijs parentum cessatum esset, ex decuma parte caducum. 72 Qui tres liberos suscepperat, à tutela excusabatur, in fascibus sumendis prior erat: tesseram frumenti triplicem accipiebat, &c. 73 Draucum bene candidum & simplicem quem itidem decipiat. 74 Dropace leuigatus & mollis. 75 Sat. 5. v. 113. 76 Comminuere. 77 AEdes incendere. Sat. 13. v. 146. 78 Opulentis. 79 Emptio copia, impensa. 80 Areopagitæ qui tacentes indicabant per characteres & literas. Pers. 4. *nigrum scu ponere Theta*, dicitur. Areopagus ab ἄρης, Mars, & πάγος, saxum, collis, hic n. à Neptuno Mars homicidij accusatus, totam duodecim dijs, sex sententijs absolutus est.

P. [81] *O Corydon Corydon, secretum diuitis vllum*
Esse putas? serui vt taceant, iumenta loquentur,
Et canis, & postes, & marmora: claude fenestras,
Vela tegant rimas, iunge ostia, tollite lumen
E medio, [82] clament omnes, prope nemo recumbat:
Quod tamen ad [83] cantum galli facit ille secundi,
Proximus ante diem caupo sciet, audiet & quæ
Finxerunt pariter [84] librarius, archimagiri,
[85] Carptores: quod enim dubitant componere crimen
In dominos, quoties rumoribus vlciscuntur
[86] Balthea? nec deerit qui te per compita quærat
[87] Nolentem, & miseram vinosus [88] inebriet aurem.
Illos ergo [89] roges quicquid paulò antè petebas
A nobis, taceant illi, sed prodere malunt
Arcanum, quàm [90] subrepti potare Falerni,
[91] Pro populo faciens quantum [92] Lanfella libebat.
Viuendum rectè cùm propter plurima, tum his
Præcipuè cauſſis, vt linguas mancipiorum.
Contemnas: nam lingua mali pars pessima
serui.
[93] Deterior tamen hic, qui liber non erit, illis
Quorum animas & farre suo custodit, & ære:
N. Idcirco vt possim linguam contemnere serui,
Vtile consilium modo, sed commune dedisti:
Nunc mihi quid suades post damnum temporis, & spes
Deceptas? festinat enim decurrere velox
Flosculus angustæ miseræque breuissima vitæ
Portio. dum bibimus, dum serta, vnguenta, puellas
Poscimus, obrepit non intellecta senectus.
P. *Ne trepida: nunquam pathicus tibi deerit amicus*
Stantibus & saluis [94] his collibus, vndique ad [95] illos
Conueniunt & [96] carpentis & [97] nauibus omnes,
[98] Qui digito scalpunt vno caput: altera maior
Spes superest, tu tantùm [99] erucis imprime dentem.

81 O rustice & insulse. Hemistich. Virg.
82 Ne exaudiant alij.
83 Hypall. Galli cantum secundum.
84 Qui pensa librent, vel, qui libros exscribit.
85 Vide Sat. 5. v. 119 & Sat. 11. v. 136.
86 Balthcorum verba & lora quibus cæsi sunt.
87 Audire nol.
88 Secretis dominj sui repletur, fatiget, enecet.
89 Vt taceant, superiùs dixerat. Et secretas posset tamen te fige querelas.
90 Fortiui, itaque dulcissimi.
91 Pro salute populi Rom. sacra faciens bonæ Deæ, in cuius sacris largiter potare solent mulieres, Sat. 6. vers. 313.
92 Mulier vinolenta.
93 Dominus tamen malus cum sit, & sibi male conscius, est seruus deterior quàm illi quorum vitas alit panis suus.
94 Hac vrbe in septem collibus posita.
95 Romam.
96 Terra.
97 Mari.
98 Mollies, & vsurpat Hemistichium post a Calui quo Pontifex maximus, Dispito caput vno scalpit, quid credas humili sibi velle virum.
99 Salacibus & ad Venerem stimulantibus herbis vescere, vide quæ ad Martial. ep. 74. l. 3.

N. Hæc [1] exempla para felicibus, at [2] mea Clotho
Et Lachesis gaudent, si pascitur inguine venter.
O parui, nostriq; lares, quos ture minuto,
Aut farre, & tenui soleo [3] exornare corona.
Quando ego figam aliquid, quo sit mihi tuta senectus
[4] A tegete, & baculo? viginti millia fœnus
Pignoribus positis, argenti vascula puri,
Sed quæ [5] Fabricius censor notet, & [6] duo fortes
De grege Mœsorum, qui me ceruice locata
Securum iubeant clamoso insistere circo,
Sit mihi mihi præterea curuus cælator, & alter
Qui multas facies pingat cito, sufficient hæc.
[7] Quando ego pauper ero, votum miserabile, nec spes
His saltem, nam cum pro me fortuna rogatur,
Affigit ceras [8] illa de naue petitas,
Quæ Siculos cantus effugit remige surdo.

1 Præcepta de Venere excitanda.
2 Iubet me fatum & Parca mea contentum esse tenui ex opera mea victu.
3 Alij legunt Exornare, i. coronatus floribus precari soleo.
4 Sat. 1. v. 8. i. à mendicando.
5 Quæ censura notam meruerunt. Fabricius, n. Luscinius & Q. Æmilius Papus Censores, P. Cornelium Rufinum duobus consulatibus & Dictatura functum mouerunt Senatu quod haberet decem pondo argentea vasa. A. Gel. 4. libr. Val. Max. 2. 4.
6 Serui lasticarij è Mœsia regione Pannoniæ finitima.
7 Quoniam paupertas mihi à fato est.
8 Vlysis, qui à Circe admonitus ne pateretur se allici Sirenum iuxta Siciliam habitantium cantu, sociis cera aures obturatis, & ipse ad malum nauis alligari iussit, atque ita præternauigauit est.

SATY-

SATYRA X.

Pulcherrimæ huius * Satyræ argumentum sumptum est ex Platonis Alcibiade secundo. Videtur etiam ante oculos habuisse Persij secundam Satyram, & illud Socratis *de Votis*, referente Val: Maximo 2.cap.7.lib. Est n. absolutissima huius Sat. Propositio. In qua Poeta docet vota mortalium propè execrationes esse, qui diuitias, honores, eloquentiam, gloriam bellicam, longam vitam, pulchritudinem à dijs precantur, quæ tamen plerunque votorum compotes pessundent. Verùm petendam esse bonam mentem, cætera Deo permittenda qui nouit quid cuique conueniat.

* Si modo Satyram licet dicere, quam doctiss. D. Heinsius in animaduersionibus ad Horatium, ex alio Satyrarum tollere laborat. quò Iuuenalem Flacco collatum eleuet. Sed de ipsis Poetis, tanti viri pace acquiesco assensúque iudicio clariss. viri Iul. Cæs. Scal. Hypercritic. l. 6. c. Hoc certè poemate, insignitur qualibet nomine, nihil vsquam illustrius, nihil vtilius, non dico apud Horatium, sed ne apud Platonem quidem, Xenophontem, Senecam aut Epictetum.

O *Mnibus in terris, quæ sunt à Gadibus vsque*
Aurorâ et [1] *Gange*, pauci dignoscere possunt
Vera bona, [2] atque illis multum diuersa, remota
Erroris nebula: quid enim ratione timemus,
Aut cupimus? [4] *quid tam dextro pede concipis, vt te*
Conatus non pœniteat, votiq; peracti?
Euertêre domos totas optantibus [5] ipsis
Dij [6] faciles, *nocitura? togâ, nocitura petuntur*
Militiâ. & torrens dicendi copia, multis
Et [8] *sua mortifera est facundia. viribus* [8] *ille*
Confisus periit, admirandisq; lacertis.
Sed plures nimia congesta pecunia cura
Strâgulat, & [9] cuncta exuperans patrimonia census,
Quanto delphinis balæna Britannica maior.
Temporibus [10] *diris igitur, iussu; Neronis*

1 Ab vna orbis parte ad alteram, ab ipsis Gadibus *Cadiz* insin litore Hesperio vsque ad Indiam Orientalem, quam secat fluuius max. Ganges, atque ipsum Solis ortum, nemo est cui de summo bono constet, qui norit quid sit secundum rationem fugiendum, quid petendum.

2 Et mala quæ sunt Quid tam prospero auspicio vouet & precaris? dextro, non ita fauere credebantur. 4 Animi nostri excitate & ignorantia. 5 Domini, vt Neptunus exaudiris Thesei votis de Hippolyto. vide vers. 115. seq. 6 Præsentes & prompti nimis. 7 Pace. 8 Vt Milo Crotoniates, qui cùm iam natu grandis iter faceret solus in loci sylueſtribus, quæ sibi reliquæ essent vires votens experiri in discindenda hiante quercu, manibus ibi inclusis ab arboris partibus restrictis seris præda factus est. ref. A Gel. 14. 16. 9 Dum omni ratione laborant vt suos census tanto excedat aliorum census quanto balæna Britan. exsuperat delphinus mole. 10 Quibus Nero Imp. vndique occasione quæsita insidiabatur diuitum opibus.

11 Longinum, & magnos 12 Senecæ prædiuitis hortos
Clausit, & egregias 13 Lateranorum obsidet ædes
14 Tota cohors, rarus venit in 15 cœnacula 16 miles.
Pauca licet portes argenti vascula 17 puri, (mebis
Nocte iter ingressus 18 gladium, contumque ti-
Et motæ ad lunam trepidabis arundinis vmbrâ.
Cantabit vacuus coram latrone viator.

Prima ferè vota, & cunctis notissima templis,
Diuitiæ vt crescant, vt opes, vt maxima toto
Nostra sit arca 19 foro. sed nulla aconita bibuntur
Fictilibus: tunc illa time, cùm pocula sumes
20 Gemmata, & lato 20 Setinum 21 ardebit in auro.
Iam ne igitur laudas, quòd de sapientibus 22 alter
Ridebat, quoties à limine moueret vnum
Protuleratq; pedem: flebat contrarius 23 alter?
24 Sed facilis cuiuis rigidi censura cachinni.
Mirandum est vnde ille oculis suffecerit humor.
Perpetuo risu pulmonem agitare solebat
Democritus, quanquam non essent 25 vrbibus illis
Prætexta, & 26 trabeæ, fasces, lectica, tribunal.
Quid si vidisset prætorem 27 in curribus altis
Extantem, & medio 27 sublimem in pulucre circi
In 28 tunica Iouis, & pictæ 29 sarrana ferentem
Ex humeris 30 aulæa togæ, magnæq; coronæ
Tantum orbem, quanto ceruix 31 non sufficit vlla?
Quippe tenet sudans hanc 32 publicus, & 33 sibi consul
Ne placeat, curru seruus portatur eodem.

11 Cassium Longinum, ICtum interfici iussit Nero non alio iniecto crimine quam quod Catsij vnius e Cæsaris percussoribus statuam retinuisset, cum reuera opibus illius inhiaret Imperator. 12 Seneca vir sanctissimus quo præceptore ipse Nero vsus fuerat, crimina-tionibus Festi Rufi & Tigellini, tanquã hortis, villis, opibus ipsum principem transcenderet, Pisonianæ denique conjurationis accusatus, (cum re vera diuitiæ essent in caussa) Neronis iussu, incisis sibi venis obijt. Tacit. 14 13 Proximum necem Plautij Laterani cos. designati Nero adiungit adeo propere, &c. Tac. 15. 14 Militum percussorum ab imperatore missorum ad interficiendum Lat. 15 Pauperum qui cœnaculorum conductorum inquilini sunt. Sat. 3. v. 199. 16 Percussor. 17 Et illius quidem oõ celati. Turn. 19. 1. 18 Latronis 19 In quo arcas habuerunt senatores, in quibus pecunias tutius disponebant. vide Sat. 14. v. 260. 20 Sat. 5. v. 43 & 34. 21 Flammei erit coloris in auratis poculis, vel, ard. veneno. 22 Democritus qui semper ridebat inceptias hominum. Lucian. Βιων πρασις. Anthol. l. 1. c. 12. & l. 3. c. 33. 34. 23 Heraclitus qui miserias hominum continenter flebat. ibid. 24 In promptu quidem est ridere, sed mirum vnde suppeteret Heraclito tanta lacrymarum copia! 25 Non in Abdera, aliisque Thraciæ vrbibus vt in Roma. 26 De his Sat. 8. v. 259. 27 Sublimem in curru laudis Circenses spectantem, disponentem, agentem. Sat. 8. v. 94. 28 Tunicâ palmatâ, togâ pictâ, quam triumphantes è Iouis templo sumptam induebant. 29 Tyria. Syris enim Tyrus dicta est quæ prius Sarra à pisce ibi cuius sueco purpura tingebatur, maximusque ibi horum piscatus. 30 Togam latam & amplam instar aulæorum quibus aularum parietes teguntur. 31 Sup. ferendo. 32 Seruus ceu minister pub. qui coronam sustineret. 33 Triumphanti à tergo seruus dicitur solebat, qui in media triũphi acclamatione interclamaret, Respice post te: Hominẽ te esse memento.

Da nunc & [34] volucrem sceptro quæ surgit eburno,
Illinc cornicines, hinc præcelentip longi
Agminis [35] officia, & [36] niveos ad frena Quirites,
Defossa in locutis quos sportula fecit amicos.
[37] Tunc quoque materiam risus inuenit ad omnes
Occursus hominum, cuius prudentia monstrat
Summos posse viros, & magna exempla daturos
[38] Vernecum in patria [39] crassoq; sub aëre nasci.
Ridebat curas, nec non & gaudia vulgi,
Interdum & lacrymas, cum Fortunæ ipse minaci,
*Mandaret [40] laqueum, * medium q; ostenderet unguē.*
Ergo superuacua hæc aut pernicialia petuntur,
Propter quæ fas est [41] genua incerare deorum.

Quosdam præcipitat subiecta potentia magnæ
Invidiæ, mergit longa atque insignis honorum
[42] Pagina, [43] descendunt statuæ, restemq; sequuntur.
Ipsas deinde [44] rotas bigarum impacta securis
Cædit, & immeritis frangunt crura caballis,
Iam stridunt [45] ignes, iam follibus atque caminis
Ardet [46] adoratum populo caput, & [47] crepat ingens
[48] Seianus, deinde ex facie toto orbe [49] secunda
Fiunt vrceoli, pelues, sartago, patellæ.
[50] Pone domi [51] lauros, duc in capitolia magnum
[52] Cretatumq; bouem, Seianus [53] ducitur vnco
Spectandus, gaudent omnes. [54] quæ labra? quis illi
Vultus erat? nunquam (si quid mihi credis) amauī
Hunc hominem, sed quo cecidit sub crimine? quisnā
Delator? quibus indicijs? [55] quo teste probauit?
Nil horum. verbosa & grandis epistola venit

34 Aquilam eburnei sceptri vertici insculptam.
35 Amicos, seruos, ministros.
36 Clientes, cives albis togis indutos circa curum.
37 Etiam suo tempore.
38 Abderæ Democriti patriâ, in Thracia vbi barbari sunt & rudes instar vernecum.
39 Qui plagues & hebetes reddit, vt tenuis contra ingeniosos. *Beatum in crasso iurares aere natum* Horat.
40 In suum ipsius Fortunæ suspendium. * Infamem digitum. Pers. 2. 33. & Martial. 2 & ep. 1. 2.
41 Non cereis candelis oblatis illisere, inquit Turneb. 30. 19. Sed concepta vota & in tabulis conscripta deorum genibus cera obsignata figere. *idem* 2. 17.
42 AEnea quæ imaginibus affixa honorū gradus continebat.
43 Damnatorum tyrannoldi, læsæ majestatis, vel grauis alicuius criminis, statuebantur Pallis nomina, frangebantur statuæ: idque decreto magistratus vel populi fuerat.

Tacit. 6. Annal. Plin. Panegyr. Restem 2. laqueosque statuis aliisque insecere eaque detrahere moris fuit. 44 Statuas equestres, currus triumphales, equos gneos. 45 Quibus fundantur & liquantur statuæ. 46 Nuper in honore habitum. 47 Cum crepitu resilsuit in igni. 48 Statua Seiani. 49 Fuerat n. collega perpetuus imperatoris, eique secundi honores habebantur. 50 Ironice posita hæc de Seiano, vel dialogismus est leuis populi Seiano insultantis. 51 Coronatus Ioui Capitolino sacrificat. 52 Candidum, Ioui gratum, qui eidem formâ Europæ placuerat. 53 Ad supplicium, Scalas Gemonias, vel liberum. 54 *Mortuus est populus in horas nouitia.* Quisnam illi cum occideretur vultus? 55 Quo teste probauit Imperator, insidias sibi struxisse Seianum?

56 *A Capreis: bene habet, nil plus interrogo: sed quid*
Turba 57 *Remi? sequitur fortunã, vt semper, & odit*
Damnatos, 58 *idem populus,* 59 *si Nuscia Thusco*
Fauisset, si oppressa foret secura senectus
Principis, hæc ipsa Seianum diceret hora
Augustum, iam pridem 60 *ex quo suffragia nulli*
Vendimus, effugit 61 *curas. nam* 62 *qui dabat olim*
Imperium, fasces, legiones, omnia, nunc se
Continet, atque duas tantùm res anxius optat
63 *Panem, & Circenses.* 64 *perituros audio multos.*
Nil dubium, magna est 65 *fornacula.* 66 *pallidulus mi*
Brutidius meus ad Martis fuit vbimus aram,
Quàm timeo victus ne pœnas exigat Aiax.
Ire male defensus. curramus præcipites, & dum
67 *iacet in ripa, calcemus Cæsaris* 68 *hostem.*
Sed videant 69 *serui, ne quis neget. & pauidum in im*
Ceruice astricta dominum trahat. hi sermones
Tunc de Seiano, secreta hæc murmura vulgi.
Vis ne salutari sicut Seianum? habere
Tantundem? atque illis 70 *domare curules?*
Illum exercitibus præponere? tutor haberi
Principis * *angusta Caprearum in rupe sedentis*
Cum 71 *grege Chaldæo?* 72 *vis certè, pila, cohortes,*

56 A Tiberio qui in Capreas insulam paruam prope Campaniam, quò voluptatibus & libidini liberius indulgeret, secessit, venit epistola longa. αἰνιγματώδη ὅπως, ἵνα μὴ πρᾶξ. Dio. l. 58.

57 Pop. Rom. Romulo & Remo oriundus. ἀπὸ Πί μοτο. Diodori epig. Græc. l. 1. Alij habent *Tremens*

58 *Hæc quæ sequ. Poeta.*

59 Si Thuscorum dea patriotæ & alumno suo Seiano in tantum fauisset vt Tiberium opprimere valuisset, hac ipsa hora Seianum populus Rom. Imperatorem salutare paratus fuisset.

60 Ex quo per suffragia (quæ plerunque venalia erant) non eligimus magistratus.

61 Electionis & comitiorum quæ permittit Imperatoribus Creandorum quippe Consulũ comitia ad se transtulere Imperatores, exemplo Iulij Cæs. comitia cum populi, & alterum Cæsaremis. 62 Populus qui olim eligebat pacis & belli magistratus

63 Victum è pane & voluptatem è ludis. 64 Alter populi introducitur dialogismus.

65 Ira Imperatoris, vel forn. ad exurendos multos. 66 Vereor ne Brutidius quem modo conueni pallentem ex male consciâ animo vel metu principis quod animum esset Seiano se interficiat vt Aiax, vel Quàm timeo ne Tiberius male se a Senatu defensum arguens in Senatores & cives eodem ruat non sanius quàm Aiax ille Sophocleus in pecudes, in quas veluti plebem & proceres Græcorum, gladio & flagello furijs 67 Insepultus. 68 Seianum. 69 Nostri, quos habemus & seruos & inimicos, ne quis eorum neget nos calcasse, & nos tanquam Seiano fauentes accenset, quibus etiam dominus accusantibus crederet.

70 Magistratus vrbanos, sellis n. curulibus in Curiam vehi & ex iis iura dare solebant magistratus. * Vel potius lege *Augusta*. q.d. transferentis sedem Imperij a Roma ad Inf. Capreas. Heraldus verò vult *sedentis* intelligi de *sellaria* quam excogitauit Tiberius arcanæ libidinis sellam, Sueton. Tib. c. 43. vide & Torrentium ad locum dictum Suetonij. 71 Mathematicis, quorum artibus maxè deditus erat Tiberius, & è quibus maxime colebat Thrasyllum Chaldæum. Sat. 6. v. 575. 72 Scio te velle primip. vel *aquilifer*. Vis primipilarem, vel legionis præfecturam? pilum a peditum Rom. hastile erat missile, cohors decima legionis pars.

73 Ego.

Egregios equites, & castra[74] domestica. quid ni
Hæc cupias? & qui nolunt occidere quenquam,
Posse volunt.[75] sed quæ præclara & prospera tanti,
Vt rebus lætis par sit mensura malorum?
[76] Huius qui trahitur prætextam sumere mauis,
An[77] Fidenarum, Gabiorumque esse potestas?
Et[78] de mensura ius dicere,[78] vasa minora
Frangere pannosus vacuis ædilis[79] Vlubris?
Ergo quid optandum foret ignorasse fateris
Seianum. nam qui nimios optabat honores
Et nimias poscebat opes, numerosa parabat
Excelsæ turris tabulata, vnde altior esset
Casus, & impulsæ præceps immane ruinæ.
Quid[80] Crassos? quid[80] Pompeias euertit? & [81]illum,
Ad sua qui domitos deduxit[82] flagra Quirites?
Summus nempe locus nulla non arte petitus.
Magnaq; numinibus vota exaudita[83] malignis.
Ad[84] generum Cereris sine cæde & vulnere pauci
Descendunt reges, &[85] sicca morte tyranni.
[86] Eloquiũ ac famam Demosthenis, aut Ciceronis
Incipit optare, & totis[87] Quinquatribus optat,
Quisquis adhuc vno partam colit[88] asse Mineruam,
Quem sequitur custos angustæ vernula[89] capsæ:
Eloquio sed vterque perit orator, vtrumque
Largus & exundans letho dedit ingenij fons.
Ingenio[90] manus est & cervix cæsa. nec vnquam
Sanguine causidici maduerunt rostra[91] pusilli.

74 Equitum domesticorum magisterium, vt Sei.

74 Præterizat, quæ primus ad munus vbi non perculi à porta Viminali; posuit Seianus.

75 Sed quæ cuiquam ita tam lauta est vt læta, quæ nihil amarbi habeat admixtum?

76 Summum Imperium Seiani cum periculo?

77 An municipiorum vilium magistratus, cum securitate?

78 Pers. Sat. 1. v. 131.

79 Deserto Volsinorum oppido.

80 Patrem & filios à Cæsarianis, illos à Parthis cæsos.

81 Syllam aut Iul. Cæsarem, aut etiam Augustum, cui ex somnio Ciceronis Iupiter flagellum tradidit, vide Suetonij Tiber. c. 94.

82 Imperium dilaturam perpetuum, luminum libertatem, imò amissam. Namque liberi mansere ciuitate, ciuem Rom. virgis cædi nefas, nedum flagellis.

83 Quæ importunitate votorum vitæ mala pro bonis concedunt. Proserpinæ marinum, &c. mortem.

84 Non cruenta.

85 Pater eleutherius qui tenui Mineruali literis initiatur, quem ferunt capsarium deduxit ad scholam, & reducis puerilis sarcinas aut Ciceronis, sed contra omnem interpretes & Aug. Politianum Miscel. c. 21. contendit Iacobus Nicolaus Lucensis intelligi hic ipsum magistrum qui suos primum aperuerit ludos, vniusque discipuli prima stipe Mineruæ consecrata, sperare & optare iubet eloquentiam summorum oratorum. Miscellan. epiphill. Lo. c. 13.

86 Puer circumtextus qui dies à quinque diebus quibus celebrabantur, Ouid. sed Varronj & Festo à quinto Idus Mart.

87 Festis Palladi sacris di-

88 Exigua mercede rudimenta acquisita.

89 Quæ libros tenet.

90 Manus & caput Cic. abscisis affigebantur rostris è quibus in Antonium dixerat.

91 Mali vel maledici.

92 *O fortunatam natam me consule Romam.*
Antoni gladios potuit contemnere, si 93 *sic*
Omnia dixisset. ridenda poëmata malo,
Quàm te conspicuæ diuina 94 *Philippica famæ*
95 *Volueris à prima quæ proxima. sæuus &* 96 *illum*
Exitus eripuit, quem mirabantur Athenæ
Torrentem & plenì moderantem 97 *frena theatri,*
Dijs ille aduersis genitus, fatoq; sinistro,
Quem 98 *pater ardentis massæ fuligine* 99 *lippus*
A carbone, & forcipibus, gladioque parante
Incude, & 1 *luteo Vulcano ad* 2 *rhetora misit.*
Bellorum exuuiæ, 3 *truncis affixa* 4 *tropheis*
Lorica, & fracta de casside buccula pendens,
Et curtum temone iugum, uictæq; triremis
4 *Aplustre & summo tristis captiuus in* 5 *arcu,*
Humanis maiora bonis creduntur: ad 6 *hæc se*
Romanus, Graiusq; ac barbarus induperator
Erexit, causas discriminis, atque laboris
7 *Inde habuit:* tanto maior tamæ sitis est, quam
Virtutis. quis enim virtutem amplectitur ipsam,
Præmia si tollas? *patriam tamen* 8 *obruit olim*
Gloria paucorum, & laudis titulíq; cupido
9 *Hæsuri* 10 *saxis cinerum custodibus. ad quæ*
Discutienda valent 11 *sterilis mala uobora ficus?*
Quandoquidem data sunt ipsis quoque fata sepulchris.
Expende 12 *Annibalem, quot libras in duce summo*
Inuenies? hic est, quem non capit 13 *Africa* 14 *Mauro*
Perfusa Oceano, 15 *Niloq; admota* 16 *tepenti,*

92 Versum hunc Ciceronis de oppresso Catilina in suo consulatu, à Quintiliano 9. lib. 2. c. & alijs vexatum propter vocem *Natam*
93 Tam inepto versu.
94 Oratio, ex illis quas Cic. in Antonium malo omine Philippicas inscripsit ab ijs quas in Philippum regem habuit Demosthenes.
95 Secunda Philip.
96 Demosthenem, qui accepto nuncio de Antipatri & Crateri aduentu, ex Athenis in Calabriam Thraciæ profugit ad templum Neptuni, à cuius ara cum Archias sicelles eum abstrahere conaretur, Dem. veneno, quod in calamo habuit, hausto interijt.
97 Populum in theatro, vbi orationes recitabat.
98 Pater Demosth. μαχαιροποιὸς, qui gladios fabricabit.
99 Fumo, fuligine, candenti igni.
1 Luteus Vulcani, à fabri ferrarij officina, *vel* igne.
2 Scholam rhetoris, Isæi.
3 Monimenta rerum gestarum præmia, quo in loco hostes fusi se in fugam conuerterunt, in tumulo stipitibus affixa erigebantur spolia.
4 Ἄφλαστα, Lycophr. aplustria, ornamenta nauium victoriæ nauali monumenta. Flagg.
5 Triumphali è lapide in altum extructo in quo incidebatur pugna.
6 Trophæa quæ summa credunt bona.
7 Ex hac ambitione & bellicæ laudis gloria.
8 Claris & bellis ciuilibus.
9 Inscribendi.
10 Saxeis sepulchris in quibus vrnæ & cineres conduntur.
11 Cariosus, quæ ex muris erumpens saxa discutit. Pers. Sat. 1. v. 25. Martial. 10. Ep. 2.
12 Annibalis cineres, *vel*, gloriam bellicam.
13 Quarta orbis pars: tunc tertia.
14 A mari Atlantico ad Occidentem, patens ad Nilum—
15 AEgypti à ab Oriente.
16 A sole verticali.

Rursus

Rursus ad Æthiopum populos [17] *alioſq; elephantos,*
Additur imperiis Hiſpania: [18] *Pyrenæum*
Tranſilit, oppoſuit natura [19] *Alpemq; niuemq;,*
Diduxit ſcopulos, & montem rupit [20] *aceto.*
Iam tenet Italiam, tamen vltra pergere tendit,
Actum, inquit, nihil eſt, niſi Pœno milite [21] *portas*
Frangimus, & media vexillum pono [22] *Suburra.*
O qualis facies, & quali digna tabella,
Cum [23] *Getula ducem portaret bellua* [24] *luſcum:*
Exitus ergo quis eſt? ô gloria! vincitur idem
Nempe, & in exilium præceps fugit, atque ibi mag-
Miranduſq; cliens ſedet ad prætoria [25] *regis,*
Donec Bithyno libeat vigilare tyranno.
[26] *Finem animæ, quæ res humanas miſcuit olim,*
Non gladij, non ſaxa dabunt, non tela: ſed ille
Cannarum vindex, ac tanti ſanguinis vltor
[27] *Annulus.* [28] *I demens, & ſæuas curre per Alpeis,*
Vt [29] *pueris placeas, & declamatio fias.*
[30] *Vnus* [31] *Pellæo iuueni non ſufficit orbis.*
[32] *Æſtuat infelix angusto limite mundi,*
Vt Gyaræ clauſus ſcopulis, paruæq; Seripho.
Cùm tamen [33] *a figulis munitam intrauerit vrbem,*
[34] *Sarcophago contentus erit. Mors ſola fatetur,*
Quantula ſint hominum corpuſcula. creditur olim
[35] *Velificatus Athos & quicquid* [36] *Græcia mendax*
Audet in hiſtoria. cum ſtratum claſſibus [37] *iiſdem*
[38] *Suppoſitumq; rotis ſolidum mare: credimus altos*

17 Nos Indiæ orientalis ſed Lybiæ & Mauritaniæ, vbi etiã elephanti ſunt.
18 Montem qui Hiſpaniam à Gallijs diuidit.
19 Niue ſint Alpes, montes qui Italiam à Gallia & Germania diſtermiant.
20 Igni & aceto, vt refert Liu. 21.
21 Romæ.
22 Viço vrbis celeberrimo.
23 Elephas è Getulia parte Lybiæ.
24 Vnoculum, alterum n. oculum amiſerat vigilijs & pallustri coelo dum in Etruriam deſcenderet.
25 Antiochi regis Syriæ donec libeat tranſire & mereri ſub Pruſia rege Bithyniæ: vel Pruſiæ ipſius, donec eulgi late regi libeat.
26 Lethum Annibali qui omnia intertubat. non tela, non &c. ſed annulus vindex Can. & vltor modii annulorum quos ſenatorum & equitum Cannis cæſorum digitis detractos Carthaginem miſit, dabit.
27 In cuius pœnã venenum in hunc vſum habuit. 28 Poeta, Sarcaſ. 29 Sat 7, 161. 30 Cum n. Anaxarchum de infinitis mundis audiſſet diſſerentem, flenſſe dicitur, dixiſſeque: me miſerum qui nondum vnius dominus factus ſum. 31 Alexandro nato in Pella Macedoniæ vrbe. 32 Vix habet in toto mundo ſpirandi locum quaſi coarctatus eſſet breuiſſima, vtque tellarus Philo lib. in Placitis ἧσσον ἐν Αἰγαίῳ τῇ λυσσοκτόνῳ in Gyara & Seripho, de quibus Sat. 7. 73. & 6. 563.
33 Babylonium quam è cocto latere muris cinxit Semiramis, vbi periit Alexander. 34 Sarcophago, è lapide Aſio, dicto quod cadauera conſumat ex σὰρξ & φάγω. Lapis Sarcophagus intra quadraginta dies totum corpus abſumit exceptis dentibus. J. C. Scal. Exercit. 101. ſect. 2. 35 Mons altiſſimus Macedoniæ à Xerxe Perſarum rege poſtea à continenti iſthmo factus inſula. 36 Hiſtorici Græci vani & mendaces. Herodot. &c. 37 Quibus & circum nauigatus. 38 Pons è nauibus quo Seſtum Abidi, Aſiam Europæ iunxit Xerxes, ſuppoſitus rotis currum. 39 Exercitu è Medis & Perſis.

De-

Defeciſſe amnes, epotaq́ flumina [39] *Medo*
Prandente, & [40] madidas cantat quæ [41] Soſtratus
alis.
Ille tamen qualis rediit [42] Salamine relicta
In [43] Corum atque Eurum ſolitus ſæuire flagellis
Barbarus, [44] Æolio nunquam hoc in carcere paſſos,
Ipſum [45] compedibus, qui vinxerat [46] Ennoſigæum?
[47] Mitius id ſanè, quod non & ſtigmate dignum
Credidit. [48] huic quiſquam vellet ſeruire deorum?
Sed qualis rediit? nempe vna [49] naue [50] cruentis
Fluctibus, ac tarda per denſa [51] cadauera prorâ.
Has toties optata exegit gloria pœnas.
Da ſpatium vitæ, multos da Iupiter annos,
Hoc [52] recto vultu, ſolum hoc & [53] pallidus optas.
Sed quàm continuis & quantis longa ſenectus
Plena malis? deformẽ & tetrum ante omnia vultũ,
Diſſimilemq́ [54] ſui, deformem pro cute pellem,
Pendentesq́ genas, & tales aſpice rugas,
Qualcis vmbriferos [55] vbi pandit Tabracha ſaltus.
In vetula ſcalpit iam mater ſimia bucca.
[57] Plurima ſunt iuuenum diſcrimina, pulchrior ille
Hoc, atque ille alio: multum hic robuſtior illo.
Vna ſenum facies, cum voce trementia membra,
Et iam [57] læue caput, madidique [58] infantia naſi.
Frangendus miſero gingiua panis [59] inermi,
Vſque adeo grauis vxori, natiſq́ ſibiq́,
Vt captatori moueat faſtidia [60] Coſſo.
Non eadem vini, atque cibi torpente palato
Gaudia: nam coitus iam longa obliuio. vel ſi
Coneris, iacet exiguus cum [61] ramice neruus,
Et quamuis tota palpetur nocte, iacebit.
An ne aliquid ſperare poteſt hæc [62] inguinis ægri

39 Exercitu è Medis & Perſis.
40 Furore poetico ebrius veritatem & fidem hiſtoriæ excedit.
41 Poeta.
42 Inſula in mari Baboico è regione Atticæ, vbi nauali prælio ſuperatus eſt à Themiſtocle Xerxes.
43 Ventos, quòd pontem eius diſiecerant. Herodot. 7.
44 Reſpicit ad 18. Aeneid. Virg. (. *Luctan-tes ventos vinclis & carcere frænat, &c.*
45 Par compedum in pelagus iniecti iuſſit.
46 Neptunum, ab ἐνὸσις & γαῖα, quòd terram quatiat. A. Gel. 5. 8.
47 *Iron.* quod non & Neptunum notis inuri iuſſerit.
48 Tam ſtulto & veſano? Herodot. 8.
49 Scapha piſcatoria.
50 Sanguine Perſarum.
51 Suorum cæſorũ & in vadis ſuitantium.
52 Non demiſſo vultu aut arcano ore, vt Camera Perſar. 2. v. 8.
53 Anxius & ſolicitus.
54 Olim iuuenis.
55 In ſylvis iuxta Tabrachan in Africæ minori, ſimiarum plenis, ſenis autem

πυγοσι τὴν γερονθ' ἁλιευον. 56 Diſſimilitudo in vultu plurima. 57 Calum. 58 Inſtar infantium, q. ſecunda infantia. 59 Edentula. 60 Herodipetæ ipſi. Stephan. 61 Hernia, ſcroti tumore. Sat. 6. v. 323. 62 Quod tumeo cognitum nonniſi, humore radicali deficiente, canefcit.

Canicies?

Canicies? quid quòd meritò suspecta [63] libido est,
Quæ venerem affectat sine viribus? aspice [64] partis
Nunc damnũ alterius. nam quæ cantante voluptas,
Sit licet eximius citharœdus? sit ve [65] Seleucus,
Et [66] quibus aurata mos est fulgere lacerna.
Quid refert magni sedeat quæ parte theatri,
Qui vix cornicines exaudiat, atque tubarum
Concentus? clamore opus est, ut sentiat auris,
Quem dicat venisse puer, quot nunciet horas.
Præterea minimus gelido iam corpore sanguis
Febre calet sola, circunsilit agmine facto
Morborum omne genus, [67] quorum si nomina quæras,
Promptius expediã quot amauerit [68] Hippia mœchos,
Quot [69] Themison ægros autumno occiderit uno,
Quot [70] Basilus socios, quot [71] circumscripserit [72] Irus
Pupillos, quot longa viros exorbeat vno
[73] Maura die, quot discipulus [74] inclinet Amillus,
Percurram citius quot villas possideat nunc
[75] Quo tondente grauis iuuenis mihi barba sonabat.
Ille humero, hic lumbis, hic coxa debilis, ambos
Perdidit ille oculos, & [76] luscis inuidet, huius
Pallida labra cibum capiunt digitis alienis.
Ipse ad conspectum cœnæ diducere rictum
Suetus, hiat tantum, cen pullus hirundinus, ad quem
Ore volat pleno mater [77] ieiuna. sed omni
Membrorum damno maior [78] dementia, quæ nec
Nomina seruorum, nec vultum agnoscit amici
Cum quo præterita cœnauit nocte, [79] nec illos
Quos genuit, quos eduxit. nam [80] codice sæuo
Heredes vetat esse suos, [81] bona tota feruntur
Ad [82] Phialen, tantum artificis valet halitus oris,
Quod steterat multis in carcere formicis annis.
[83] Vt vigeant sensus animi, ducenda tamen sunt
Funera natorum, rogus aspiciendus amatæ
Coniugis & fratris, plenæq; [84] sororibus vrnæ.

Hæc

63 Irrum, quod de Tiberio scribit Suetonius c. 44. Praticet erat (inquit) ad libidinem & mentula & aetate & staturâ, &c. ep. 1.

64 Audiat.

65 Etiam eximius tibicen, qualis fuit Seleucus.

66 Optimi actibicines vestes longas & ſ. demidias pallium & tunicam talarem induti vagabantur per pulpita. Hoc ad Visones. Tibi res erat aliquâ veste per pulpita vestiri.

67 Nomenclatores, Omnes.

68 De qua Sat. 6. 69 Medicum.

70 Præses Apuliæ provincialis.

71 Defraudat.

72 Impium nomen.

73 De qua Sat. 6. v. 397.

74 Sat 9. v. 85. Incerti. Martial. 1. 2. ep. 44.

75 Sat 7. 28.

76 Ipse in totum cæcus habet quod luscis inuidet.

77 Vt cibet pullos ore pleno, ipsa ventre ieiuno.

78 Vbi memoria, ratio & omnia mentis organa deficiunt.

79 Nec liberos suos quos per obliuionem vel impietatem exheredat.

80 Tales dementi tabulæ impiis.

81 Heredem ex asse instituit.

82 Fellatricem, quæ ore impuro meretricia lenis demeruit hereditatem. Sup. v. 108.

83 Fac tamen vigeant sensus animi.

84 Sororum offibus & cinere.

Hæc data pœna diu viuentibus, vt vetulata
Semper clade domus multis in luctibus, inq;
Perpetuo mœrore & 84 nigra veste senescant.
85 Rex Pylius (magno si quicquam credis Homero)
Exemplum 86 vitæ fuit a cornice secundæ.
Felix nimirum, qui 88 tot per secula mortem
Distulit, atque suos iam 89 dextra computat annos,
Quique nouum 90 toties mustum bibit. oro parumper
Attendas, quantum de legibus 91 ipse queratur
Fatorum, & nimio de stamine, 92 cum videt acris
Antilochi barbam ardentem. nam quæritur omni
Quisquis adest socio, cur hæc in tempora duret,
Quod facinus dignum tam longo admiserit ævo.
Hæc eadem 93 Peleus raptum cum luget Achillem,
Atque 94 alius, cuius 95 Rhœtum lugere 96 natantem.
Incolumi Troia Priamus veniisset 97 ad umbras
98 Assaraci magnis solemnibus, 99 Hectore sanus
Portante ac 1 reliquis fratrum cervicibus, inter
2 Matrem Lucrymas, vt primus edere planctus
3 Cassandra inciperet, scissaq; 4 Polyxena palla:
Si foret extinctus 5 diverso tempore, quo iam,
Cœperat & audaces Paris ædificare carinas.
Longa dies igitur quid contulit? omnia vidit
Euersa, & flammis 6 Asiam, ferróque cadentem.
Tunc 7 miles tremulus posita tulit arma 8 tiara,
Et vnit ante aram summi 9 Iouis, vt vetulus bos
Qui domini cultris tenue & miserabile collum
Præbet, ab 10 ingrato iam fastiditus aratro,
Exitus ille vtcunque 11 hominis: sed torua canino
Latrauit victu, quæ post hunc vixerat 12 vxor,

84 Pulla, lugubri. 85 Nestor, qui regnabat in Pylo vrbe Laconiæ. 86 Cuius tres homines annorum ætates ob Homero vixisse dicuntur, proxime accessit ad ætatem cornicis quæ nouem viuere fertur. 88 Trin, se. 89 Videtur Poeta innuere Nestora 300 annos vixisse, cum alij 90 annis ætatem terminantes, non eum vixisse dicant, completo numero centenario numero 3 finibus, vltra quos vitæ numerum in dextra vix quisquam tenet. Lycophron. de quo ætatibus vide Corn. Rhodigin. lib. 11. cap. 4. & Lilij Gyraldi dialog. 2. & eodem Græc. hist. de vita præterquam Nestor non erat senex. ἀπὸ λευκῆς τριχὸς ἐπὶ δεκάδας ἀριθμεῖν. 90 Tot autumnis. 91 Cui Parcæ nimium parcant. 92 Cum videt fortem filium suum Antil. iam grandem & barbatum occisum & rogo ardentem. 93 Pater Achillis. 94 Laertes. 95 Ylyssem filium suum, Ithacæ docem. 96 Per maria decennali errore iactatum, vel simpliciter è naufragio enatantem ad Calypsus insulam. Odyss. 1. 97 Ad sepulchra maiorum. 98 Anni sui fratris. 99 Filijs adhuc timentibus qui patris funus efferrent. 1 Troianarū mulierū. 2 Priami filiæ illa vates præscia & prædicens excidiū Troiæ: hæc in publica clade & tot suorum funeribus lugens & vestes suas discindens. 3 Prius quā. 4 Quibus Helenā rapiente, ipse audax. 5 Asiæ parte magnā. 6 Æneid. 2. *Arma diu senex desueta, &c.* 7 Pileo Persicu. vide Briss. 2. de regno Pers. 8 Hecuba. 9 *Pater vel Metonym* ab ingrato agricola, qui bouem iam per annos agro colendo inutilem interficit. 10 Viri, vel non belluæ, vt— 11 —Hecuba vxor Priami in canem conversa.

Festino

Festino ad [11] *nostros, &* [12] *regem transeo Ponti,*
Et [13] *Crœsum, quem vox iusti facunda Solonis*
Respicere ad longæ iussit spatia vltima vitæ.
[14] *Exilium, & carcer Minturnarumque paludes,*
Et mendicatus victa Carthagine panis
[15] *Hinc causas habuere. quid illo ciue tulisset*
Natura in terris, quid Roma beatius vnquam,
Si [16] *circunducto* [17] *captiuorum agmine, & omni*
Bellorum pompa, animam exhalasset [18] *opimam,*
Cum de [19] *Teutonico vellet descendere curru?*
[20] *Prouida Pompeio dederat Campania febres*
Optandas, sed multæ vrbes, & publica vota
Viceruut. igitur fortuna ipsius, & vrbis
Seruatum victo caput abstulit. [21] *hoc cruciatu*
* *Lentulus, hac pœna caruit, ceciditq;* * *Cethegus*
Integer, & iacuit [22] * *Catilina cadauere toto.*
Formam optat modico pueris, maiore puellis
Murmure, cum [23] *Veneris fanum videt anxia mater*
[24] *Vsque ad delicias votorum.* [25] *cur tamen, inquit,*
Corripias? pulchra gaudet Latona Diana.
Sed vetat optari faciem [26] *Lucretia, qualem*
Ipsa habuit, cupcret [27] *Rutilæ* [28] *Virginia gibbum*
Accipere, atque suam Rutilæ dare. filius autem
Corporis egregij miseros, [29] *trepidósque parentes*
Semper habet. rara est adeò concordia formæ
Atque pudicitiæ. sanctos licet [30] *horrida mores*
Tradiderit [a] *domus, ac veteres imitata* [31] *Sabinas,*
Præterea [b] *castum ingenium, vultúmqae modestum*
[32] *Sanguine feruentem tribuat* [b] *natura benigna*
Larga manu, (quid enim puero conferre potest[33] *plus*

11 Romana exempla.
12 Mithridatem, qui 40 annorum bella tædia, veneno, cum non posset gladio, finiuit.
13 Lydiæ regem, longæ vitæ miseratorum admonitum a Solone Atheniensi, qui regi se beatum existimanti pronunciauit, neminem ante obitum felicem.
14 C. Marium, qui a Sylla superatus è palude in Minturnis, vbi latuit extractus, & in carcerem coniectus, de ui vrsul panem mendicauit in Africa.
15 Ex vita longa.
16 In triumpho.
17 Cimbrorum & Teutonum, Iuytlanders & Calterlings.
18 Latam, triumphantem & quasi opima spolia gerentem.
19 Quo de Teutonibus ritum hanc vehebatur.
20 Cum Pomp. Neapoli in Campania grauis laborasset febri (quæ futuris malis voluit eum eripere) suscepta publice vota & maligna longi fati fortuna caput eius a Cæsare victi gladijs Achillæ & Photini a Ptolomæo in hoc missorum reseruârunt.
21 Non capite abscisso. 22 Coniurator in patriam, notus ex Sallustio. * 23 Quæ vengeatis dea est. 24 Delicias etiam votis concipit. 25 Et cur (obiiciet aliquis) hæc vota reprehendas? & Latona ipsa gaudet Dianâ filiâ quia pulchra fit. 26 Quæ propter formam deformis & gibbosa. 27 Deformis & gibbosa. a Tarquinio Sexto per vim constuprata sibi mortem consciuit. 28 Filia L. Virginij plebeij, quæ ne in libidinosum Appij Claudij seruitium veniret, a patre fuit interfecta. 29 De castitate filij. 30 Pudibundum, rubescentem, quæ species pudicitiæ mater. 31 Castissimas. Sat. 6. 163. 32 Pudibundum, rubescentem, quæ virtutis est tinctura. 33 Cautâ institutione.

Custode,

Custode, & cura natura potentior omni?
Non licet esse viros: nam prodiga corruptoris
Improbitas ipsos audet tentare parentes.
Tanta in muneribus fiducia. nullus ephebum
Deformem sæua castrauit in arce tyrannus,
Nec prætextatum rapuit Nero loripedem, nec
Strumosum, atque utero pariter, gibboq; tumentem.
I nunc & iuuenis specie lætare tui, quem
Maiora expectant discrimina. fiet adulter
Publicus, & pœnas metuet quascunque maritus
Exigit iratus. nec erit felicior astro
Martis vt in laqueos nunquã incidat. exigit ante
Interdum ille dolor plus, quàm lex vlla dolori
Concessit. necat hic ferro, secat ille cruentis
Verberibus, quosdam mœchos & mugilis intrat.
Sed tuus Endymion dilectæ fiet adulter
Matronæ. mox cum dederit Seruilia numos,
Fiet & illius quam non amat. exuet omnem
Corporis ornatum. quid enim vlla negauerit vdis
Inguinibus, siue est hæc Hippia, siue Catullæ?
Deterior totos habet illic fœmina mores.
Sed casto quid forma nocet? quid profuit olim
Hippolyto graue propositum? quid Bellerophonti?
Erubuit nempe hæc seu fastidita repulsa:
Nec Stenobœa minus, quàm Cressa excanduit, & se
Concussere ambæ. mulier sæuissima tunc est,
Cum stimulos odio pudor admouet. elige
quid nam

31 Sed vel eorum pœnas vel castrantur.
32 Sat. 6. vers. 370.
36 Sed pulcherrimum quemque vt Sporum, & alia ingeniorum pædagogia. Sueton. Nero. c. 28.
37 *Ironicè hæc ad matrem.*
38 Filij tui.
39 Marte à Vulcano in adulterio cum Venere deprehenso & irretito.
40 Piscis quem in supplicium adulteris deprehensis mariti per posteriora immittunt, vt & raphanum patere porta percurrebant eos rhaphani mugilesq.
42 Quam diligit & delegit, non eius à qua precio corruptus est & conductus.
43 Deformis & dimes qualis erat Seruilia Bruti mater, quæ Cæsari dedisse credebatur, referente Plutarcho.
44 Vt adultero donet.
45 Veneri.
46 Nobilis ac prodiga.
47 Plebeia ac auara.
48 In cæteris malè morata, inquit comitatem, liberalitatem, &c. vt mœchis largiatur.
49 *Obiectio.*
50 *Responsio.* neque enim graue propositum castæ vitæ periculis exemit Hyppolytum & Bellerophontem.
51 Filio Thesei qui à nouerca Phædra eius incesto amori non respondebat, apud patrem stupri falso accusatus, dum patris iram fugeret, ab equis territis discissus curru & discerptus est.
52 Filio Glauci qui Sthenobœam Prœti regis Argiuorum vxorem ipsum ad adulterium pellicientem aspernatus post multa hinc pericula perijt.
53 Phædra Minois regis Cretæ filia.
54 Se in vltionem excitauere.
55 Furor ex repudiato amore.
56 Ducat Messalinam mene? vtrinque n. mors.

Suaden-

Suadendum esse putes, [57] cui nubere [58] Cæsaris vxor
Destinat. optimus hic & formosissimus idem
Gentis patritiæ rapitur miser exitinguendus
[59] Messalinæ oculis. dudum sedet illa parato
[60] Flammeolo, [61] Tyriusq; palàm [62] genialis in [63] hortis
Sternitur, & [64] ritu decies centena dabuntur
Antiquo, veniet cum [65] signatoribus [66] auspex,
Hæc tu secreta, & paucis commissa putabas,
[67] Non nisi legitimè vult nubere. quid placeat, dic.
Ni parère velit, [68] pereundum est ante lucernas.
Si scelus admittas, dabitur mora paruula, dum res
Nota vrbi & populo contingat [69] Principis aures,
Dedecus [69] ille domus sciet vltimus, interea tu
Obsequere [70] imperio. si tanti est vita dierum
Paucorum. [71] quicquid leuius, melius q; putaris,
Præbenda est gladio pulchra hæc & candida ceruix.
[71] Nil ergo optabunt homines? [*] si consilium vis,
[73] Permittes ipsis expendere numinibus, quid
Conueniat nobis, rebusq; sit vtile nostris.
Nam pro iucundis aptissima quæque dabunt dij.
Charior est illis homo, quàm sibi nos [74] animorum
Impulsu, & cæca magnaq; cupidine ducti
Coniugium petimus, partumque vxoris: at illis
Notum, qui pueri, qualisque futura sit vxor.
Vt tamen & poscas aliquid, voueásque sacellis
[75] Exta, & candiduli [76] diuina tomacula porci,
[77] Orandum est, vt sit mens sana in corpore sano.
Fortem posce animum, & mortis terrore carentem,
[78] Qui spatium vitæ extremum inter munera ponat

57 C. Silium Cos. designatum inuenem formosissimum deperibat Messalina, cui nupta caussa exitij fuit. Tac. lib. 11. Suet. in Claud.

58 Messalina Claudij Cæsaris vxor.

59 Amore cui ex oculis, vel Nero, ante Messalinæ necem oculos occisus est.

60 Veste nuptiali. Iuuen. 2. 125.

61 Purpureâ togâ, vel flammeâ tectus.

62 Lectus genialis sternitur in honorem Genij, de quo vide Pers. Sat. 2. v. 3.

63 Lucullanis.

64 Decies centena millia sestertiùm qui in dote lautiorum mos & numerus legitimus, nostrâ moneta, 781. l. 10. s.

65 Notarijs qui tabulas nuptiales signent.

66 Auspices nuptijs interponuntur ex more maiorum qui nihil fine auspicio gerebant.

67 Idque vbi marito Claudio simp. non adulanti contenta.

68 Ante noctem interficiendus es à Messalina.

69 Claud.

70 Messalinæ imperio & amori.

71 Vtrum optâris, tibi pereundum vtique est. 72 Olim. * Respons. 73 Vide Socratis dictum in Val. Max. l. 7. c. 2. & eiusdem Socr. apud Xenophontem ὑπομνημ. α, ἔλεγε δὲ καὶ τοὺς θεοὺς ἀγαθὰ διδόναι. οἱ γὰρ θεοὶ καλλίστην οἶδ' ὅτι, ὁποῖα ἀγαθὰ ἐστὶ, &c. 74 Affectuum. 75 Quòd ea dijs prosecentur, quæ maximè extent eminentque (inquit Festus) ac rectiùs quia erecta. 76 Farcimina è lecore & cruribus porcinis concisis, à φίσσω, sacrificijs adhibitis. 77 Roga bonam mentem, bonam valetudinem animi, deinde corporis, &c. Senec. epist. 10. 78 Qui mortem ei ne-

Naturæ,

Naturæ, qui ferre queat quoscunque dolores,
Nesciat irasci, cupiat nihil, [79] *& potiores*
Herculis ærumnas credat sæuosq; labores
Et Venere, & cœnis, & plumis [80] *Sardanapali.*
Monstro. [81] *quod ipse tibi possis dare. semita certè*
Tranquillæ per virtutem patet vnica vitæ.
Nullum numen abest, si sit prudentia: sed te
[82] Nos facimus Fortuna deam, cœloq; locamus.

79 Aerumnas cum virtute præferas molicijs & voluptatibus.
80 Vltimi Assyriorum regis, viri mollissimi.
81 Vt ex te & tua virtute omnia bona & felicitatem petere possis.
82 Per imprudentiam nostram locum Fortunæ inter numina relinquimus.

SATYRA XI.

Persico, quem ad cœnam inuitat, frugalitatem commendat: pauperumq; perstringens luxum, docet faciendos esse sumptus pro suarum cuiusque facultatum modulo.

[1] *ATticus eximiè si cœnat, lautus habetur:*
Si [2] *Rutilus, demens.* quid enim maiore cachinno
Excipitur vulgi, quàm [3] pauper Apicius? [4] *omnis*
Conuictus, thermæ, [5] *stationes, omne theatrum*
De [6] *Rutilo. nam dum uaiida, ac iuuenilia membra*
Sufficiunt galeæ, dumque ardens sanguine fertur,
Non cogente quidem, sed nec prohibente tribuno,
[7] *Scripturus leges, & regia verba lanistæ.*
[8] *Multos porrò vides, quos sæpe elusus ad ipsum*
Creditor introitum solet expectare macelli,
Et quibus in solo viuendi causa palato est.
[9] *Egregius cœnat, meliúsque miserrimus horum,*
Et cito casurus iam [10] *perlucente ruina.*
Interea gustus elementa per omnia quærunt,
Nunquam animo pretijs obstantibus: interius si

1 Nobilis & diues.
2 Pauper, qui patria bona exhausit.
3 Redactus ad paupertatem ex luxu, vt Apicius, de quo Sat. 4. ver. 2. vel pauper qui luxuriosus.
4 Omnes in conuiuijs, thermis, station. in foro, theat loq.
5 Loca in foro Romano, in quibus conueniebãt, & consistebant, sermones ferebant, in alijs Senatores, in alijs iuuenes, in alijs municipes.
6 Qui absumptis gula bonis ad gladiatoriam se contulit.
7 Exscribit præcepta de ictibus, declinationibus, & tradendorum armorum ratione à lanista dictata & imperata, quæ meditetur & exerceat. vide Sueton Iul Cæs. 26. c. Hirtium de bello Africo. & Val. Max. 2. lib. 3. c. de P. Rutilio.
8 Obstrictos, obsonia tamen lautissima ementes.
9 Aduerbium comparatiu. sic Lucret. *Nam nihil egregium, quàm res secernere, &c.*
10 Metaph. ab hianti & ruinoso muro.

Atten-

Attendas, magis illa iuuant quæ pluris emuntur.
Ergo haud difficile est perituram [11] *arcessere summã*
Lancibus [12] *oppositis, vel matris* [13] *imagine fractæ,*
Et quadringentis nummis condire [14] *gulosum*
Fictile, sic [15] *veniunt ad miscellanea ludi.*
Refert ergo quis hæc eadem paret: in [16] *Rutilo nam*
Luxuria est, in [17] *Ventidio laudabile nomen*
Sumit, & à censu famam trahit. illum ego iure
Despiciam, [18] *qui scit quanto sublimior* [19] *Atlas*
Omnibus in Libya sit montibus: hic tamen idem
Ignoret, quantum ferrata distet ab [20] *arca*
[21] *Sacculus.* [22] *è cœlo descendit,* [23] *γνῶθι σεαυτόν,*
Figendum & memori tractandum pectore. sine
Coniugium quæras, vel [24] *sacri in parte senatus*
Esse velis. nec enim [25] *loricam poscit Achillis*
[26] *Thersites, in qua se* [27] *traducebat Vlisses*
Ancipitem. ceu tu magno discrimine causam
Protegere affectas, [28] *te consule, dic tibi quis sis,*
Orator [29] *vehemens an* [30] *Curtius, an* [31] *Matho: buccæ*
Noscenda est mensura tuæ, spectandaq; rebus
In summis minimisq; etiam cum piscis emetur,
Nec mullum cupias, cùm sit tibi [32] *gobio tantum*
In locubus. quis enim te deficiente crumena,
Et crescente gula manet exitus ære paterno,
Ac rebus, mersis in ventrem fœnoris atque
Argenti gravis & pecorum agrarumq; [33] *capacem?*
[34] *Talibus à dominis post cuncta nouissimus exit*
[35] *Annulus, & digito mendicat* [36] *Pollio nudo.*
Non præmaturi [37] *cineres, nec sumus acerbum*
Luxuriæ, sed morte magis metuenda senectus.
Hi plerumque [38] *gradus: conducta pecunia Romæ,*
Et coram [39] *dominis consumitur. inde vbi paulum*

11 Contrahere rei.
12 Pignori.
13 Aureã, argenteã, æneã, ue agnoscatur fractâ
14 Amplam, vel Hypallage, sibi gulosa.
15 Gulã deueniunt ad gladiatorum pũnas & ludos.
16 Paupere ex luxu.
17 Diuite. Per Sat. 4. Vol.
18 Qui extra se & suis lapsis notus & domi tuæ hospes.
19 Mons Mauritaniæ. Sat. 13. v. 48.
20 Diuitis. Sat. 10. v. 25.
21 Medicæ opes suæ.
22 Diuina illa Chilonis sententia, *Nosce teipsum* è cœlo videtur descendisse.
23 Senator vel magistratus.
24 In certamine de armis Achillis donandis optimè merito.
25 De quo Sat. 8. v. 269.
26 Per modestiam ambigere videbatur, an & ipse peteret, vilem se & indignũ ferens.
27 Loat perpendere, an ferre velit.
28 Optimus.
29 Mediocris vt Cur. Montanus.
30 Infimæ notæ fabula, vt Matho, Sat. 1. v. 32.
31 Quo emungebonem. 32 Ventrem vere Erasicthonium. 33 Hellaceubus. 34 Q. Sat. 1. v. 32. 35 Decoctor. 36 Non mors præmatura quam per ingluiem sibi acquisiuit infigne. 37 Luxuriosi euelerant, sed senectus morbis & inopiã oppressa luxuriosis est miserã & tremenda. 38 Perditæ gulæ in paupertatem se præcipitantis. 39 Creditoribus, eso.

Nescio quid superest, & pallet fœnoris author.
Qui vertere solum, Baias, & ad Ostia currunt.
Cedere nanque foro iam non tibi deterius, quam
Esquilias à feruenti migrare Suburra.
Ille dolor solus patriam fugientibus illa
Mœstitia est, carusse anno Circensibus vno.
Sanguinis in facie non hæret guila: morantur
Pauci ridiculum, & fugientem ex vrbe pudorem.
Experiere hodie numquid pulcherrima dictu
Perfice non præstem vita, nec moribus, & re,
Sed laudem siliquas occultus ganeo, pulsus:
Coram alijs dictem puero, sed in aure placentas.
Nam cum sis conuiua mihi promissus, habebis
Euandrum, venies Tirynthius, aut minor illo
Hospes, & ipse tamen contingens sanguine cœlum,
Alter aquis, alter flammis ad sidera missus.
Fercula nunc audi nullis ornata macellis.
De Tiburtino veniet pinguissimus agro
Hœdulus, & toto grege mollior, inscius herbæ
Necdum ausus virgas humilis mordere salicti,
Qui plus lactis habet, quàm sanguinis, & mulsi
Asparagi, posito quos legit villica fuso,
Grandia præterea, tortoque calentia fœno
Oua adsunt ipsis cum matribus, & seruate
Parte anni, qualem fuerant in vitibus, vuæ.
Signinum, Syriumque pyrum, de corbibus ijsdem
Æmula Picenis, & odoris mala recentis,
Nec metuenda tibi, siccatum frigore posquam
Autumnum & crudi posuere pericula succi.

40 Timet fœnerator ne creditum perdat.
41 Patriam mutarunt, fugerunt.
42 Sat. 3. v. 4.
43 Portum ad ostia Tiberis sexdecim à Roma miliaribus: hinc nauigatur.
44 Non comparere in foro, Ital. *la Piazza*. Germ. die Borse.
45 Non maiori bonoris iactura iam fit, quàm per ætatis seruorem ex vrbe mediâ secedere in suburbanũ aut rusticari. to go take the aire.
46 Ad frigidiorem locum in colle Esquiliarum dict. quod in eo fuit Hostilius excubias posuerit, *vel*, quòd cum prius neglectum excoluerit.
47 Frequentia & turba populi.
48 Sat. 3. vers. 5.
49 Sat. 8. vers. 87. & Sat. 10. v. 18.
50 Non erubescunt.
51 Vix reperias qui pudorem, cuius iam plerosque pudet, & qui ex vrbe fugit, vt Iustitia quondam & verecundia ex orbe, retinere curet.
52 Laudatam à me frugalitatem.
53 Me hospitem frugalem qualis fuit Euander, qui Herculem ex Hispania redeuntem villi excepit conuiuio, & postea Æneam. Virg. Æn. 8.
54 Hercules à Tirytho opp. Argiuorum, patria eius.
55 Æneas.
56 Ex Venere natus.
57 Æneas Numicio fl. submersus.
58 Herc. venenata tunica à Deanira immissa furens pyram in Œta monte extructam conscendit & absumptus est. 19 Virg. 4 Georg. *Deiphus onusas onerabat inempto.*
60 Vbere non depulsus, non ablactatus.
61 Corruda.
62 Intermissa colo cum fuso.
63 Calentia à fœno in nidum torto, latentia.
64 Gallinis.
65 A Signia Latij oppido.
66 Tarentina quæ primo è Syria aduenere.
67 Hor. Sat. 4 lib. 2 *Picens cedunt pomis Tiburtia.*
68 Quæ crudum & potius, quem Autumno habuerant, humorem ætate mitia excoxerint.

Hel

Hæc olim nostri[69] *iam luxuriosa*[70] *senatus*
Cœna fuit.[71] *Curius parvo quæ legerat horto*
Ipse focis brevibus ponebat oluscula, quæ nunc
Squalidus in magna fastidit compede fossor,[72]
Qui meminit calidæ sapiat quid[73] *vulva popinæ.*
Sicci terga suis rarâ pendentia crate[74]
Moris erat quondam festis servare diebus,[75]
Et natalitium cognatis ponere lardum,[75]
Accedente nova,[76] *si quam dabat hostia, carne,*
Cognatorum aliquis titulo ter consulis, atque
Castrorum imperiis, & dictatoris honore
Functus, ad has epulas[77] *solito maturius ibat,*
* *Erectum*[78] *domito referens à monte ligonem.*
Cum tremerent autem[79] *Fabios, durumq; Catonem*
Et Scauros, &[80] *Fabricios, rigidique severos*
Censoris mores etiam collega timeret,
Nemo[81] *inter curas, & seria duxit habendum,*
Qualis in Oceani fluctu[82] *testudo nataret,*
Clarum[83] *Troiugenis factura, ac nobile sulcum,*
Sed[84] *nudo latere, &*[85] *parvis frons ærea lectis*
Vile coronati caput ostendebat asselli,
Ad quod lasciui ludebant ruris alumni.
Tales ergo cibi, qualis domus, atque supellex.
Tunc rudis, & Graias *mirari nescius artes,*
Vrbibus eversis[86] *prædarum in parte reperta*
Magnorum artificum frangebat[87] *pocula miles,*
Vt phaleris gauderet equus, cælataque cassis[88]
Romuleæ simulacra feræ mansuescere iussæ
Imperij fato, & geminos sub rupe Quirinos,

69 Etiam luxur.
70 Senatorum.
71 Cn. Dentatus frugalitate abunde laudatus.
72 Sat. 8. 185. & Pers. 5. v. 40.
73 Posterior pars porcæ vel ejecticia suis primipari & volva delicatè præparata in popina.
74 In crate lignea fumo & vento exposita ad siccandum.
75 Natali seu festo veluti pro summis deliciis.
76 Si fortè hostiam macta rent.
77 Tanquam ad apparatum lautiorem.
* Honoris sublatum.
78 Culto sobacio.
79 Censores regiones & luxui infestos.
80 Fab. Max. qui P. Decium collegam notavit, vt parum severum censorem.
81 Ac si res seria esset & necessaria.
82 Cuius putamina fecate in lamin as, lectosque ijs ornate, Camillus Pollio instituit. Plin. l. 11. c. cuiusmodi lectos Cleomenes Alexand. χελώνας μικρὰς χαίτας vocat. Lucian. χλίνην δὲτοῦ χελώνης in dixit, vertit. A pulei: lectum Indicâ testudine pellucidum. Mother of pearle. Senec. Elaboratam scrupulosa distinctione testudinem. 7. de Benef. 83 Romanis. 84 Sine fulcro aut latere ad quod se inclinent, pillar or backe. 85 Anterior lecti pars ære ornata fulciebat caput asini ferto coronati, ex Etrusca superstitione, quæ hinc agri incommoda arceri credebat, vide Scoppæ collect. cap. 17. 86 Inter prædas. 87 Argentea fine auro. 88 Vt inde phaleras equo conficeret, & cælaret cassidem, quæ ostenderet perituro hosti effigiem lupæ quæ imperij fato lupa mansuescere & lac præbere Romulo & Remo sub rupe Quirinalis montis, & oste derit, hosti ipsos gemino s, & effigiem nudam Martis fulgentis clypeo atque hamata, & pendentis in clypeo de sinistro humero.

Ac nudam effigiem clypeo fulgentis & haſta,
Pendentiſq; dei, perituro oſtenderet hoſti.
Argenti quod erat ſolis fulgebat in armis.
Ponebant igitur [89] *Thuſco farrata catino*
Omnia tunc, quibus inuideas, ſi liuidulus ſis.
Templorum quoque maieſtas præſentior, & vox
Nocte ferè media, mediamq; [90] audita per vrbem
*Litore ab * Oceani Gallis venientibus, & [91] dys*
Officium vatis peragentibus, his monuit nos,
Hanc rebus Latijs curam præſtare ſolebat
[92] *Fictilis, & nullo violatus Iupiter auro.*
Illa [93] domi natas noſtraq; ex arbore menſas
Tempora viderunt, [94] hos lignum ſtabat in vſus,
Annoſam ſi fortè nucem deiecerat Eurus.
At nunc diuitibus cœnandi nulla voluptas,
Nil rhombus, nil dama ſapit, putére videntur
Vnguenta, atque [95] roſa, latos niſi ſuſtinet [96] orbes
Grande [97] ebur, & magno ſublimis pardus hiatu
Dentibus ex [98] illis quos mittit porta [99] Syenes,
Et Mauri celeres, & Mauro [1] obſcurior Indus,
Et quos depoſuit [2] Nabathæo [3] bellua ſaltu,
Iam nimios, capitiq; graues: [4] hinc ſurgit orexis,
*Hinc [5] ſtomacho bilis. * nam pes argenteus illis*
Annulus in digito quod ferreus. ergo ſuperbum
Conuiuam caueo, qui me ſibi comparat, & res
Deſpicit exiguas. adeò nulla vncia nobis
Eſt eboris, nec [6] teſſellæ, nec [7] calculus ex hac
Materia, quin ipſa manubria cultellorum

89 Fictili catino ex Hetruria, vel more Thuſco. Perſ. Sat. 1. v. 60. ponebant cibaria è farre & pultes, de quibus vide quæ ad 172 verſ. Sat. 14.

90 A M. Ceditio, qui noctu audiuit vocem humanâ clariorem in Capitolio. *Gallos aduenturos.* Liu. 5.

* Pulmannus legit, *ab occiduo.*

91 Dijs ipſis vaticinantibus.

92 Fictilem habens ſtatuam, & ſimpliciter cultus. & cui fictiles illæ cum ſimplici probitate ſtatuæ gratiores erant quàm iſtæ aureæ per vim, rapinas & ſcelera conflatæ. ſic Sat. 3. v. 20.

93 Non è citro aut cupreſſo ex Africa.

94 Menſarum.

95 Serta è roſis quibus coronabantur conuiuæ.

96 Menſas rotundas citreas *Orbes ſectos Atlantide ſyluâ.* Lucan. 9.

97 Pes eburneus in formam pardi fabrefactus.

98 Elephantinis, qui ab inſ. Elephantide per Syenen tanquam portam mittuntur in alias Ægypti partes, inde Romam. vt Satyra 3. *Inmo Baiarum Cumæ.* 99 Vbis in confinibus Æthiopiæ directè ſub Trop. Cancri vicinæ inſ. Elephantidi. 1 Nigrior. 2 Arabico. Arabiæ autem tres partes: 1 Deſerta, quæ Scenitis; 2 Felix, quæ Saba; 3 Petræa, quæ Nabathæa.

3 Elephas, qui dentes iam nimios capitique graues arbori impactos deponit. 4 Et hac luxuria ſupellectilis, ex ebore quod maiori in pretio eſt quam argentum. 5 Appetitus & ſtomachus lætrans. * Menſæ n. pes argenteus menſas ſuſtinens (quas κλίνας ἀργυρόποδας vocat Lucian. in κατάλ.) æque vilis eſt ac ferreus annulus in digito.

6 In abaco ceu alueolo ludorio. 7 Latruncula. It. *Scacchi.*

Ossea, non tamen his vlla vnquam obsonia fiunt
Rancidula, haud ideo peior gallina secatur.
Sed nec [8] *structor erit, cui cedere debeat omnis*
[9] *Pergula, discipulus Tripheri doctoris, apud quem*
Sumine cum magno lepus atque aper, & [10] *pygargus*
Et [11] *Scythicæ volucres, &* [12] *phœnicopterus ingens*
Et Getulus [13] *oryx, hebeti lautissima ferro*
Cæditur & tota sonat [14] *vlmea cœna Suburra.*
Nec frustum capreæ subducere, nec latus [15] *Aphræ*
Nouit auis noster tyrunculus, ac rudis omni
Tempore, & [16] *exiguæ frustis imbutus ofellæ.*
Plebeios calices, & paucis assibus emptos
Porrigit incullus puer, atque [17] *à frigore tutus,*
Non Phryx, aut Lycius, non à mangone [18] *petitus*
Quisquam erit, & [18] *magno cum poscis, posce* [19] *Latine.*
Idem habitus cunctis, [20] *tonsi,* [21] *erectiq; capilli,*
Atque hodie tantùm propter conuiuia pexi.
Pastoris duri est hic filius, ille bubulci,
[22] *Suspirat longo non visam tempore matrem,*
Et casulam, & notos tristis desiderat hœdos,
Ingenui vultus puer, ingenuiq; pudoris,
Quales esse decet, quos [23] *ardens purpura vestit.*
Nec [24] *pugillares defert in balnea* [25] *raucus*
Testiculos, nec vellendus iam [26] *præbuit alas,*
Crassa nec opposito pauidus tegit inguina [27] *gutto.*
Hic tibi vina dabit diffusa in montibus illis
A quibus ipse venit, quorum sub vertice lusit:
Namque vna, atque eadem vini patria, atque ministri.

8 Proprie, qui mensæ cibum imponit παρατιθέμενος, Athenæo 4. the sewer. sæpissime verò, vt & hoc loco, pro Carptore sumitur qui cibum scindens carpensque præministrat, Petronio, scissor: Apulejo, diribitor: the caruer: Suidæ, cheironomon, ab agili manuum, ad leges quasdam, motu. Vide Sat. 5. v. 118.

9 Schola (publica & aperta, in qua profitebantur qui velebant innotescere artifices) & discipuli Tripheri, qui obsonia dissecandi artem chironomicam Romæ docuit in Suburra vico, vide Sat. 5. v. 120.

10 Capræa sylvestris.

11 Phasiani.

12 Anis à puniceo alarum colore nomen habens.

13 Capræ vnicornis. Arist. 3. lib. de partibus anim. & Plin. 11. nat. hist. 46. c.

14 Fercula omnia è ligno fabra.

15 Numidicus. Ang. a Turkie.

16 Qui frusta carnis porcinæ tantum distribuere nouit. 17 Vestibus munitus magis quàm ornatus. 18 Precio. Mango propriè κυνοβόρος canum nutritor: sed & longius tractum, puerorum altor & negotiator dicitur. vide Persij Sat. 6. v. 76. 19 Italus ne sis. 20 Non comam alentes: ἀκαροκόμαι. 21 Nec calamistrati. 22 Suspirio & desiderare testatur. 23 Prætexta fulgens purpura. 24 Grandes qui pugnum conpleant. 25 Ex coitu, vel eunuchus. Sat. 4. 5. 14. vel lege *Draurus*. 26 ἀμπυκιζόμενοι, alipilatio. Pers. Sat. 5. v. 18. 27 Olei vasculo, balsea intractus, vocatus draur, oculos vngens.

Forsitan expectes, vt [28] *Gaditana canoro*
Incipiat [29] *prurire choro,* * *plausuq́ probatæ*
Ad terram tremulo descendant clune puellæ.
Spectant hoc nuptæ iuxta recubante marito,
Quod pudeat narrasse aliquem præsentibus ipsis,
Irritamentum Veneris languentis & acres
Diuitis [30] *urticæ. maior tamen ista voluptas*
Alterius sexus, magis ille extenditur, & mox [31]
Auribus, atque oculis concepta vrina [32] *mouetur.*
Non capit has nugas humilis domus. *audiat ille*
Testarum crepitus cum verbis, nudum olida stans
Fornice [34] *mancipium quibus abstinet: ille fruatur*
Vocibus obscœnis, ommiq́ libidinis arte,
Qui Lacedæmonium [35] *petteumate lubricat orbem.*
Namque ibi fortunæ veniam damus. *alea turpis,*
Turpe & adulterium mediocribus, hæc tamen illi
Omnia cum faciant, [36] hilares, nitidique vocantur.
Nostra dabunt alios hodie conuiuia ludos:
Conditor Iliados [37] *cantabitur, atque Maronis*
Altisoni [38] *dubiam facientia carmina palmam,*
Quid refert tales versus qua voce legantur?
Sed nunc dilatis auerte negotia curis,
Et gratam requiem dona tibi: quando licebit
Per totam cessare diem, non fœnoris vlla
Mentio, nec prima si luce egressa, reuerti

28 Lascina è Gaditanis puella quæ cantet & saltet, cuius saltationis modos tres refert I.C. Scal. Poetices lib. 1. c. 18. Martial. l. 4. 42. ep. & 5. l. 79. ep.

29 Ad pruritum libidinis incitare.

* An spectatorum? An improbi magistri qui saltatriculas has circumducebat ad quæstum, & ad saltandum prouocabat plausu bene habitas testatus. vide Pers. 6. v. 78.

30 Aculei & prurigines.

31 Fœminarum.

32 Libido cantu & motibus harum concepta vr. mouet. πάσαις πύλαις τλιὰ ἰδοὺ λιὰ καὶ τραλίχοντες, δι' ὀφθαλμῶν, δι' ὤτων &c. περιόδοις χρωμένων καὶ τίτιστι μάστιν καὶ δι' ἰσχάτων ἀσμάτων. Lucian in Nigrin.

33 Tympanorum & cymbalorum dicunt interpretes. verum crotala sunt è testis & conchylijs, quibus in India fœminas in saltationibus vsas sæpius vidi, cuiusmodi crepitaculis & motibus vtuntur Hispani. ἢ τῶς ὀστράκοις κροτοῦσι. Aristoph. in Βατραχ. vide I.C. Scal. 1. Poet. 18.

34 Serua meretrix, sed & harum liberrimæ turpissima sunt mancipia.

35 *Pythismate*, I.C. Scal. 1. l. Poet. 18. & Politian. 2. Miscel. 38. & l. 1. epist. *Poppysmate*, Flau. 4 coniectan. centuria, 5. *Pysismate*. Turneb. 24. l. Aduers. 18 c. *Pyreismate*, Alciat. Parerg. iuris, 6. 3. *Pygismate* contendit Lipsius lib. 4. epistolicarum Quæstionum, 5. epist. Quarum lectionum expositione partim breuitatis studio, partim vt honestis parcam auribus supersedeo, relegato ad ipsos Criticos lectore, & vel cum Brodæo Miscel. 5. l. 26. c. lego *Pedemate*. quod Lacedæmoniæ saltationis genus est, ad quod & Cicero in Pisonem respicere videtur, inquiens: Cum ipse nudus in conuiuio saltaret, &c. cum illum suum saltatorium versaret orbem, &c. vel cum Mureto, 10. l. 6. c. lego *Petteumate*, à πέτευ Gr. talus: vt sit qui mensam rotundam è marmore Lacedæmonio talis vel aleis lubricat: atque hanc lectionem confirmat quod sequitur. *Alea turpis*, &c.

36 Illi propter diuitias non improbi & lasciui, sed hil. nitidique vocantur.

37 Homerus.

38 Vter eorum præstantior sit Poeta.

Nocte

Nocte solet, tacito bilem tibi contrahat vxor
Humida suspectis referens [39] multitia rugis,
[40] Vexataq; comas, & vultum, auremq; calentem.
Protinus ante meum quicquid dolet exue limen,
Pone [41] domum, & seruos, & quicquid frangitur illis
Aut perit: [42] ingratos ante omnia pone sodales.
Interea [43] Megalesiacæ spectacula [44] mappæ
Idæum solenne colunt, similiq; triumpho
[45] Prædo caballorum prætor sedet. ac mihi pace
Immensæ nimiæq; licet si dicere plebis
Totam hodie Romam circus capit. & [46] fragor aurem
Percutit, euentum [47] viridis quo colligo panni.
Nam si deficeret, mœstam, attonitamq; videres
*Hanc vrbem, veluti [48] Cannarum in * puluere victis*
Consulibus. spectent iuuenes, quos clamor & audax
[49] Sponsio, quos cultæ decet assedisse puellæ.
Nostra bibat [50] vernum contracta cuticula solem,
Effugiatq; [51] togam. iam nunc in balnea [52] salua
Fronte licet vadas, quanquam solida hora supersit
Ad sextam, facere hoc non possis quinque diebus
Continuis: quia sunt [53] talis quoque tædia vitæ
Magna. voluptates commendat rarior vsus.

39 Sat. 2. 66.
40 Quas Suetonius vocat *recentes lasciuiæ & peractæ libidinis notas.* c. 36. Caligula.
41 Domesticas curas.
42 Mentionem & querelas de ingratis sodalibus.
43 Ludi Circenses institutorum in honorem magnæ matris deûm ex Ida adbectæ.
44 Suspensæ in signum & præmium Circensium committendorum.
45 Iniquus certaminum iudex, qui palmas præmiaque fraudat meritis & victoribus equos, alijs bracis non ex æquo adiudicans, *vel*, qui opt. equos vili precio dominis eripiebat, & locatur à Panomasia.
46 Clamor & applausus spectatorum.
47 Prasinæ factionis aurigæ cui factioni fauebant Imperatores.
48 Tristi clade Cannensi. * Signatè & ex historia. Namque ventus quem Vulturnum Appuli vocant, aduersus Romanos coortus, multo puluere in ipsa ora volvendo prospectum ademit. Liu. 22.
49 Vtra factio vinceret.
50 Pers. Sat. 4. vers. 28.
51 Togatorum curas. vt Veneta, Alba, Rubra, vel Prasina.
52 Salua pudore.
53 Octo horam tempestiuam balnei atque cœnæ præmunire licebat absque galæ notâ. Festis verò diebus etiam hora quinta, cùm legitima balnei hora sit hyeme nona, æstate octaua. Festis vero diebus
fæ & voluptuariæ.

SATYRA XII.

Gratulatus Catullo incolumitatem ex sæuissimâ maris tempestate quam obiter depingit, voti reus alacri animo se soluturum ait: nec tamen hoc facere vulturino heredipetarum animo, qui orbos quosque muneribus paspant, vt heredes inscribantur.

NAtali, Coruine, die mihi dulcior hæc lux,
Qua festus [1] promissa deis animalia [2] cespes
Expectat: niueam [3] reginæ cædimus agnam.
[4] Par vellus dabitur [5] pugnanti Gorgone [6] Maura.
Sed procul extensum petulans quatit hostia [7] funem,
Tarpeio seruata Ioui, frontemq; coruscat
Quippe ferox vitulus templis maturus & aræ,
[8] Spargendusq; mero, quem iam pudet vbera matris.
Ducere, qui vexat nascenti robora cornu.
Si res ampla domi, similisq; affectibus esset,
Pinguior [9] Hispulla traheretur taurus, & ipsa
Mole piger, nec finitima nutritus in herba,
Læta sed ostendens [10] Clitumni pascua sanguis
[11] Iret, & à grandi ceruix ferienda ministro,
Ob reditum trepidantis adhuc, horrendaq; passi
Nuper, & incolumem se mirantis amici.
Nam præter pelagi casus, & fulguris ictum
[12] Euasit densæ cœlum abscondere tenebræ
Nube vna, subitusq; antennas impulit ignis,
Cum se quisque illo percussum crederet, & mox
Attonitus [13] nullum conferri posse putaret
Naufragium velis ardentibus, omnia fiunt
Talia, tam grauiter, si quando [14] poëtica surgit
Tempestas. genus ecce aliud discriminis audi,

1 Votiua pro reditu tuo.
2 Ara subita ex vino cespite.
3 Iunoni, deorum reginæ.
4 Similis agna.
5 Palladi quæ in clypeo gerit caput Medusæ Gorgonis à γοργός, i. truculentia dictæ, quale verò animal Gorgo sit, cuius obtutu lapidescunt, & cuius graui & pestifero anhelitu occiduntur homines: vide quæ ex Alex. Myndio referat Athenæus, l. 5. c. 10.
6 Quæ cum furiis sororibus Euryale & Sthenone, Gorgadas insulas in mari Atlantico iuxta Mauritaniam incoluit.
7 Quo ducebatur ad aram. Opis Capitolini vitulus qui coruscans & vibrans frontem ex cornibus iam primùm enascentibus prurientem seroculus vexat robora *Cui frons turgida cornibus Primis & Venerem & prælia destinat*, vt de hædo Horat. 3. 13.
8 In sacris.
9 Fœmina obesa.
10 Flu. in agro Falisco, cuius aquam potam candidos facere boues, refert Plin. 2. nat. hist. 103. cap.
11 Effugeret sang. vel ipse taurus iret.
12 Quod euasit.
13 Incendium iam, non naufragium timeret.
14 Qualem Poetæ describunt: alij leg. Ponica, i. sæua, qualis in Euxino.

Et

Et miſerere iterum, quanquam ſint cætera ſortis
Eiuſdem, pars dira quidem, ſed cognita multis,
Et quam votiua teſtantur ſana[15] *tabella*
Plurima.([16] *pictores quis neſcit ab Iſide paſci?*)
Accidit & noſtro ſimilis fortuna Catullo,
Cum[17] *plenus fluctu medius foret alueus, & iam*
Alternum puppis latus euertentibus vndis
Arboris[18] *incertæ, nullam prudentia*[19] *cani*
Rectoris conferret opem,[20] *decidere iactu*
Cœpit cum ventis, imitatus caſtora, qui ſe
Eunuchum ipſe facit, cupiens euadere damno
Teſticulorum: adeò[21] *medicatum intelligit inguen.*
Fundite quæ mea ſunt dicebat cuncta Catullus,
Præcipitare volens etiam pulcherrima, veſtem
Purpuream teneris quoque[22] *Mecœnatibus aptam,*
Atque[23] *alias, quarum generoſi graminis ipſum*
Infecit natura pecus, ſed & egregius ſonus
Viribus occultis, & Bœticus adiuuat aer.
Ille nec argentum dubitabat mittere lances
[24] *Parthenio factas, vrnæ cratera capacem*
Et dignum[25] *ſitiente Pholo, vel*[26] *coniuge Fuſci,*
Adde &[27] *baſcaudas, & mille*[28] *eſcaria, multum*
[29] *Cælati,*[30] *biberat quo callidus*[31] *emptor Olynthi.*
Sed quis nunc alius, qua mundi parte, quis audet
Argenta præferre caput, rebuſq; ſalutem?
Non propter vitam faciunt patrimonia quidam,
Sed vitio cæci propter patrimonia viuunt.
[32] *Iactatur rerum vtilium pars maxima, ſed nec*
Damna leuant. tunc aduerſis vrgentibus, illuc
* *Recidit, vt malum ferro ſummitteret, ac ſe*

15 Pictura ab iis qui naufragium euaſerant in templo Neptuni vel Iſidi ſuſpenſa.

16 Ex tabulis pingendis quas naufragio erepti Iſidi ex voto confecrant.

17 Cùm iam alueus the hold eſſet ſemiplenus 18 quis, *Atque daret ſaltus intra cana ſenta carina Fluctus.* Ouid. 11. Met.

18 Vacillantis & fluctuantis.

19 Adeoque periti.

20 Proiectis bonis vitam pacifci, non ſecus ac fibri, periculo à venatoribus imminente, teſtes ſibi mordicus auulſos proiiciant, ob hos ſe peti gnari. Plin. 8. 30 c. quod tamen negat idem Plin. 32. l. 1. c. ex auctoritate Sextij medici. Fibrum geminos ſuos demorare ſcribit Solin. 23. c. & Marcellinus l. 17.

21 In medicinis vtile.

22 Mollibus viris, cuiuſmodi erat Mecœnas.

23 Veſtes ex lana Bætica in Hiſpania, cui naturalem rutilum colorem dant gra-

men, aqua potæ, & illius regionis aer. 24 Artifici. 25 Bibuli centauro. σκυφίον τελάγιον αἰγιβότης ὕδωρ, τὸ μὲ ὃτι περίσσιος φίλει κισσίους. Stefichorus. & Dioſc. 1. 26 Vinoſæ ſœm. 27 Vaſa Britannica. Mart. 14. 99. *Barbara de pictis vrna Britanna bibis.* 28 Patinas. 29 Auri & argenti.

30 Poculo aureo vſque adeo delectabatur Philippus vt & paſſuino ſupponeret dormituro.

31 Corrupit n auro Laſthenem vt Olynthum proderet. 32 Proiicitur in mare. * Alij leg. *Decidit*, vt conſtet verſus.

33 Ex-

33 Succiso & ejecto malo.
34 Leuiorem & expeditiorem.
35 Alludit ad illud quod refert Laertius l. 1. *Tantum* (inquit Anacharsis) *à morte absunt qui nauigant.*
36 Tabula ex teda vel pinu.
37 Peris ad modum retis textis, in quibus nautæ, milites & viatores panem & cibaria secum ferunt.
38 Ventricosa, ampla lagena.
39 Vide sumas, *vel* lege, *Accipe* secures non minoris vsus futuras in tempestate ad succidendum malum, quàm quæ maximi. vt supra v. 55.
40 Vitæ & felicitatis stamen trahunt. Alba siquidem stamina vitam, vt nigra mortem denotant. 73. Epi. 1. Martial.
41 Nautarum vestib. velorum loco extensis.
42 Matutino exoriente, *vel* discussis nubibus apparente.
43 Lauinio quo nouercæ Lauiniæ cessit Ascanius.

Explicat angustum, discriminis vltima quando
Præsidia afferimus, nauem factura minorem.
I nunc, & ventis animam committe, dolato
Confisus ligno, digitis à morte remotus
Quatuor aut septem, si sit latissima teda.
Mox cum reticulis, & pane, & ventre lagenæ,
Aspice sumendas in tempestate secures.
Sed postquam iacuit planum mare, tempora postquã
Prospera vectoris, fatúmque valentius Euro,
Et pelago: postquam Parcæ meliora benigna
Pensa manu ducunt hilares, & stamine albi
Lanificæ, modica non multo fortior aura
Ventus adest, inopi miserabilis arte cucurrit
Vestibus extensis, & quod superauerat vnum
Velo prora suo. iam deficientibus Austris,
Spes vitæ cum lole redit. tum gratus Iulo
Atque nouercali sedes prælata Lauino
Conspicitur sublimis apex, cui candida nomen
Scrofa dedit (lætis Phrygibus mirabile sumen,
Et nunquam visis triginta clara mamillis.)
Tandem intrat positas inclusa per æquora moles,
Tyrrhenamq; Pharon, porrectaq; brachia rursus
Quæ pelago occurrunt medio, longeque relinquunt
Italiam. non sic igitur mirabere portus,
Quos natura dedit, sed trunca puppe magister
Interiora petit Baianæ peruia cymbæ
Tuti stagna sinus, gaudent ibi vertice raso
Garrula securi narrare pericula nautæ.

44 Mons Albanus, in quo Ascanius condidit longam Albam à sue albâ ibi innentâ ex oraculo. 45 Sus. *Synecd.* 46 Numquam ante visis in alia sue. 47 Portum Hostiensem magnis molibus à Claudio extructum. 48 In Tyrrheno mari positam. 49 Turrim in porta Hostiensi quæ nocturnis ignibus nautarum cursum dirigeret. ad æmulationem Phari Alexandrinæ. 50 Moles porrectas. 51 Protenduntur in altum mare longe à litore Italo. 52 Natiuos, quàm hunc arte factum. 53 Per quæ etiam Baiana cymba tutò meare possit. 54 Suscepto voto, quod sit raso capite ex more reorum absolutorum ac seruorum in libertatem vindicatorum. vrgente verò tempestate solebant nautæ capillos tondere, quod tamen in placato mari ominis erat infausti. *Petron. Arbiter.* οἱ περὶ τὰς ἱερὰς ξυρησάμενοι τὰς κεφαλὰς, &c. Lucian. περὶ τῆς ἐν μισθῷ συνουσίας. 55 De quibus garriant.

Ile

Ite igitur pueri,[56] *linguis animisq; fauentes,*
Sertáque delubris, &[57] *farra imponite cultris,*
Ac molles ornate focos,[58] *glebámque virentem,*
Iam sequar,[59] *& sacro quod præstat, rite peracto*
Inde domum repetam, graciles vbi parua coronas
Accipiunt fragili[60] *simulachra nitentia cera.*
Hic[61] *nostrum placabo Iouem, laribúsque paternis*
Thura dabo, atque omnes violæ iactabo colores.
Cuncta nitent, longos erexit ianua[62] *ramos,*
Et matutinis[62] *operatur festa lucernis.*
[63] *Nec suspecta tibi sint hæc Coruine. Catullus,*
Pro cuius reditu tot pono altaria,[64] *paruos*
Treis habet heredes.[65] *libet expectare, quis ægram*
Et claudentem oculos gallinam impendat amico
[66] *Tam sterili. verũ*[67] *hæc nimia est impensa, coturnix*
Nulla vnquam pro[68] *patre cadet. sentire*[69] *calorem*
Si cœpit locuples Gallita, & Paccius orbi,
Legitimè fixis vestitur tota[70] *tabellis*
Porticus, existunt qui promittant[71] *hecatomben.*
Quatenus hîc non sunt nec venales[72] *Elephanti,*
Nec Latio, aut vsquam nostro sub sidere talis
Bellua concipitur, sed[73] *furua gente petita*
[74] *Arboribus Rutulis, & Turni pascitur agro*
Cæsaris[75] *armentum, nulli seruire paratum*
Priuato: siquidem[76] *Tyrio parere solebant*
Hannibali, &[77] *nostris ducibus,*[78] *regiq; Molosso.*
[79] *Horum maiores, & dorso ferre cohortes*
Partem aliquam belli, & euntem in prælia turrim.
Nulla igitur mora per[80] *Nouium, mora nulla per*
[80] *Histrum*
Pacuuium, quin illud[81] *ebur ducatur ad aras,*
Et cadat ante lares Gallitæ victima sacra

56 Taciti hoc agite & bona verba dicite (quod in rebus diuinis imperatur)
57 Molam ex farre, sale, aqua.
58 Supra vers. 2.
59 Quod optimum est. *vel*, lege, *quod rite fiat.*
60 Lares, vide Pers. Sat. 5. 31.
61 Familiarem.
62 Rem diuinam facit. *vel* lege *operatur.* Lauro n. & pensilibus lucernis ornati solet ianua in festis. & Satyrice addit *Matutinis*, vt quæ clara luce sint supernacuæ.
63 Neque n hoc facio captandi animo.
64 Filiolos.
65 Expectet aliquis donec inueniatur alius quispiã.
I would see one elle 4[illegible] qui vel moribundam gallinam vouere, aut sacrificare velit pro eo qui filios tres habet.
66 Tam macræ parumque spei.
67 Gallina.
68 Eo qui orbus non est, quique liberos habet.
69 Febrim.
70 Votuis, fixis ab heredipeti.
71 Sacrificium centum boum.
72 Quos immolet.
73 Mauritania vel India.
74 In saltu apud Laurinium in Etruria cui Turnus quondam imperauit. 75 Elephanti. 76 Afro è Carthagine quam condidere duce Didone Tyrij. 77 Scipioni socero Pompeij, &c. *Appian. 2. de bello ciu.* 78 Pyrrho Epirotarum regi qui primus in Italia Elephantis vsus est. 79 Elephantorum. 80 Herodepetam. 81 Elephas. Syncod.

Tanti

Tantis digna[82] *deis, & captatoribus horum.*
Alter enim, si[84] *concedas macta're, vouebit*
De grege seruorum magna, & pulcherrima quæque
Corpora: vel pueris, & frontibus ancillarum
Imponet[85] *vittas: & si qua est nubilis illi*
[86] *Iphigenia domi, dabit hanc altaribus, etsi*
Non sperat[87] *tragicæ furtiua piacula ceruæ.*
[88] *Laudo meum ciuem, nec comparo*[89] *testamento*
[90] *Mille rates. nam si*[91] *Libitinam euaserit æger,*
Delebit[92] *tabulas*[93] *inclusus carcere nassæ:*
[94] *Post meritum sanè mirandum, atque omnia soli*
Forsan Pacuuio breuiter dabit, ille superbus
Incedit vectis[95] *riualibus, ergo vides, quàm*
Grande operæ pretium faciat iugulata[96] *Mycenis.*
[97] Viuat Pacuuius quæso, *vel*[98] *Nestora totum:*
Possideat quantum rapuit[99] *Nero, montibus aurum*
Exæquet, nec amet quenquam, nec ametur ab vllo.

82 Diuitibus orbis. *Iron.* vel latibus.
83 Pacuuius.
84 Si lege liceat.
85 Quibus victimæ ornari solitæ.
86 Filia, vt illa Agamemnonis.
87 Ceruam pro sua filia fore suppositam, quod in tragœdijs de Iphigenia factum fingunt Poetæ.
88 *Iron.*
89 Diuitis.
90 Quibus Agamemnon immolatâ suâ filiâ ventum redemit.
91 Mortem, Libit. verò Dea funerum est, in cuius æde quæ ad funera pertinent, veneunt.

92 Prioris testamenti. 93 A captatore irretitus veluti nassa, retiue gen. *alij exp.* inclusus domicilio Nassæ medici vt curaretur. Prior sensus mihi placet, cui consonat Timon Luciani: σὺ δ' ἄλλους μᾶτλιω κληρονόμους εἰς ἀλλήλους δοτοβλίπουτας κατάλιπὼν, ἀληθὲς ἄγοντας τὸ σίνδυς, ὅτ' ἀυτὸς ὁ θύνν' ἐν μυχοῦ τῆ στεγλώπι διέφυγεν, ἐκ ὀλίγου τὸ δίκτυον κατασῶν. 94 Tui qui filiam immolauisti tuam vt dines conualesceret, atque hoc ex opinione veterum, quibus persuasum fuit mortem morte redimi posse, atque hinc vota & deuotiones. 95 Competitoribus heredipetis. 96 Filia Pacuui causa vt Mycenis Iphigenia filia regis Mycenarum. 97 Auari enim diuturnior vita, diuturnior miseria, viuat itaque precor in cruciatum sui, & omnium odium. 98 Tres ætates, Sat. 10. vers. 246. 99 Qui contra iura diuina ac humana rapuit opes publicas ac priuatas, vide Suetonium, Tacitum, Dionem.

SATY-

SATYRA XIII.

Caluinum plus nimio dolentem propter X. H S. ab eo apud quem depoſuerat, ſibi negata, conſolatus, oſtendit non ſine diuini numinis prouidentia omnia fieri, quæ eadem ſceleratos ſemper puniat malæ conſcientiæ cruciatu & carnificinâ.

[1] EXemplo quodcunque malo cõmittitur, ipſi
Diſplicet authori. *prima eſt hæc vltio, quòd* te
[2] Iudice, nemo nocens abſoluitur, improba quã
Gratia [3] fallacis prætoris vicerit [4] vrnam. (uis
Quid ſentire putas omnes, Caluine, recenti
De [5] ſcelere, & fidei violatæ crimine? ſed nec
Tam tenuis cenſus tibi contigit, vt mediocris
Iacturæ te mergat onus: nec rara videmus
Quæ pateris, caſus multis hic cognitus, ac iam
Tritus & [6] e medio Fortunæ ductus acerno.
Ponamus nimios gemitus, flagrantior æquo
Non debet dolor eſſe [7] viri nec vulnere maior.
Tu quamuis leuium minimam, & quamq; malorum
Particulam vix ferre potes, [8] ſpumantibus ardens
Viſceribus, [9] ſacrum tibi quòd non reddat amicus
Depoſitum. [10] ſtupet hæc, [11] qui iam poſt terga reliquit
Sexaginta annos Fonteio conſule natus?
An nihil in melius tot rerum profecit vſus?
[12] Magna quidem ſacris quæ dat præcepta libellis
Victrix Fortunæ [a] Sapientia. Dicimus autem
[13] Hos quoque felices, qui ferre incommoda vitæ
[14] Nec iactare iugum [b] vita didicere magiſtra.
Quæ tam feſta dies, [15] vt ceſſet prodere furem,
Perfidiam, fraudes, atque omni ex crimine lucrum
Quæſitum, & partos [16] gladio, vel [17] pyxide nũmos?
Rari quippe boni numero vix ſunt totidem, quot
[18] Thebarum portæ, vel [19] diuitis [20] oſtia Nili.

1 Facinore, cuius malum exemplum nocet, atque alios peccare docet.
2 Immo vindice.
3 Corrupti & iniqui iudicis.
4 In quam ſuffragia conferebantur, i. iudicium.
5 Eius qui tibi non reddit depoſitum.
6 Non è ſummis fortunæ incommodis.
7 i fortis, præparati.
8 Iratus & indignatus animo.
9 Quod ſe ſacramento iurisiurandi obſtrinxit redditurum.
10 An tu hæc (quæ vulgo tamen fiunt) ſcelera ad ſtuporem miraris? Enallage perſonæ.
11 Iam ſexagenarius.
12 a Philoſophia moralis docet nonnullos contemnere fortunam.
13 b —Alios docet experientia & vitæ vſus.
14 Non reluctari neceſſitati.
15 Quæ non prædat & deprehendat.
16 Latrocinio.
17 Veneno in pyxide.
18 In Bœotia, quæ ſeptem habuit portas, vide Sat. 15. v. 6. 19 Inundatione Ægyptum fertilem facientis. 20 Quæ ſeptem.

Nona

Nona ætas agitur, peioraq; secula [21] *ferri*
Temporibus, [22] *quorum sceleri non inuenit ipsa*
Nomen, & à nullo posuit natura [22] *metallo.*
Nos hominum, diuûmq; fidem clamore ciemus,
Quanto [23] *Fessidium laudat vocalis agentem*
Sportula. dic senior [25] *bulla dignissime, nescis*
[25] *Quas habeat Veneres alienа pecunia, nescis*
Quem tua simplicitas risum vulgo moueat, cum
[27] *Exigis à quoquam ne peieret, & putet vllis*
Esse aliquod numen templis, aræq; [28] *rubenti?*
Quondam hoc [29] *indigenæ viuebant* [30] *more priuſ-*
Sumeret agrestem posito [31] *diademate falcem (quam*
[32] *Saturnus fugiens, tunc cùm virgunсula Iuno,*
Et priuatus adhuc [33] *Idæis Iuppiter antris:*
Nulla super nubes conuiuia cœlicolarum,
Nec puer [34] *Iliacus, formosa nec* [35] *Herculis vxor*
Ad cyathos, & iam [36] *siccato nectare tergens*
Brachia Vulcanus Liparæa nigra taberna.
Prandebat [37] *sibi quisque deus, nec turba deorum*
Talis vt est hodie, contemtaq; sidera paucis
Numinibus miserum vrgebant [38] *Atlanta minori*
Pondere: nondum [39] *aliquis sortitus triste profundi*
Imperium, aut [40] *Sicula toruus cum* [41] *coniuge Pluton,*
Nec [42] *rota, nec furiæ, nec* [43] *saxum, aut* [44] *vulturis atri*
Pœna, sed infernis hilares sine regibus vmbræ.
Improbitas illo fuit admirabilis æuo:
Credebant hoc grande nefas, & morte piandum
Si iuuenis vetulo non assurrexerat, & si
Barbato cuicunque puer, licet ipse videret
Plura domi * *fraga, &* [45] *maiores glandis acerues.*
Tam venerabile erat [46] *præcedere quatuor annis,*

21 Pei. ferrea ætate.
22 Ceteris n. ætatibus ſ. tarci à te, tem metallis, & electro ex auro & argento miſtis fictitio indidere nomina.
23 Cauſidicum, patronum tuum.
24 Clientes vocales ſportula conducti.
25 Puerorum inſigni, i. ô tenex puerilis.
26 Quam dulcis ſit fraudata pecunia & vt ait ille, furtiuus panis.
27 Nunc dierum.
28 Sanguine, aut igni.
29 Antiquiſſimi pop. Italiæ, in eodem loco nati, q. αὐτόχθονες.
30 Simpliciter.
31 Sat. 2. 159.
32 A filio Ioue Cretâ expulſus.
33 Quò Rhea mater illum Nymphis alendum miſerat, ne à patre αναιδοτραφὴς voraretur, idque ex pacto cum Titane fratre.
34 Ganymedes. Sat. 5. v. 56.
35 Hebe Iouis & Iunonis filia.
36 A nectare & conuiuijs deorum ad officinam reuerſus.
37 Priuatim.
38 Regem Mauritaniæ qui in montem verſus cœlum ſuſtinere fingitur.
39 Neptunus cui ſorte obtigit imperium maris.
40 Raptæ Siciliæ.
41 Proſerpina Cereris filia.
42 Quo Ixion voluitur.
43 Siſyphi.
44 Qui iecur Tityi ceo Promethei depaſcitur.
* Hanc lectionem aſſerunt, qui hæc ad aurea illa ſecula referunt in quibus ſponte ſuâ natæ fruges & glandes pro diuitijs erant. Nec tamen inepta eſt lectio *ferra*, credo enim reſpexiſſe poetam ad verſum illum Ouidij 5. Metamor. *quo non poſſeder alter Latius, aut totidem tollebat ferrea acerues.*
45 Priſcorum cenſum.
46 Quatuor annorum ætate ſuperare alterum.

47 Pri-

47 Primaq; par adeo sacræ lanugo senectæ.
Nunc si depositum non inficietur amicus,
Si redlat veterem cum tota 48 ærugine 49 follem,
50 Prodigiosa fides, & 51 Thuscis digna libellis,
Quæq; coronata lustrari deboat 52 agna.
Egregium sanctumq; virum si cernо, 53 bimembri
Hoc monstrum puero, & * miranti iam sub aratro
Piscibus inuentis, & 54 fœtæ comparo mulæ,
Solicitus tanquam 55 lapides effuderit imber,
Examenq; apium longa consederit 56 vua
Culmine delubri, tanquam in mare fluxerit amnis
Gurgitibus 57 miris, & lactis vortice torrens.
Intercepta decem quereris sestertia fraude
Sacrilega, quid si bis centum perdidit alter
Hoc * arcana modo? maiorem tertius illa
Summam, quam patulæ vix ceperat anculus arcæ?
Tam facile & pronũ est, superos conténere testes
Si mortalis idem nemo sciat. aspice quanta
Voce neget, quæ sit ficti constantia vultus.
Per Solis radios, 57 Tarpeiáque fulmina iurat,
Et Martis 58 frameam, & 59 Cirrhæi spicula vatis,
Per 60 calamos venatricis pharetrámque puellæ,
Pérque tuum pater Ægæi Neptune tridentem,
Addit & Herculeos arcus, hastámque Mineruæ,
Quicquid habent telorum armamentaria cœli.
Si verò & pater est, comedam, inquit, flebile nati
Sinciput elixi, 61 Pharióque madentis aceto.
Sunt qui in fortunæ iam casibus omnia ponunt,
Et nullo credunt mundum rectore moueri,
Natura volueme vices & 62 lucis, & anni,
Atque ideo intrepidi quæcunque 63 altaria tangunt.
Est alius metuens ne crimen pœna sequatur,
Hic putat esse deos, & peierat, atque ita 64 secum,
Decernat quodcunque volet de corpore nostro
Isis, & irato feriat mea lumina 65 sistro.

47 Ordo est, lanugoque prima par fit senectæ.
48 Pecunia æruginosa, vt quæ iam diu deposita fuerit.
49 Crumenam sæculum.
50 Prodigij instar.
51 Inscribenda Haruspicum libris, vel explanda tanquam monstrum ex disciplina Etrusca.
52 In piaculum.
53 Biformi & prodigioso partu.
* Alij habent, *miranda*.
54 Mulæ a non concipiunt & ipsæ specie differentes.
55 Ac si lapidibus pluisset, quod in prodigijs sæpe refert Liuius.
56 In formam vuæ vel racemi.
57 Atri, sanguinei, lacteis.
* Secretæ fidei commissa & deposita.
57 Ionis Capitolini
58 Lanceam, *sagittas*.
Tacit. de Germa. & A. Gell. 20. 13.
59 Apollinis quia Cirrha colitur.
60 Dianæ sagittas.
61 A Egyptio acetum verò Aegyptium optimum esse vt & Caidiũ Chrysippus affirmat, ref. Athenæo l. 2. c. 26. Pharos autẽ insula Aegypti.
62 Dies, anni, temporum, motuum.
63 Aras tangentes veteres conceptis verbis iurabant.
64 Cogitat, dicit.
65 Pers. Sat. 2. v. 186 *Hypallage ipsa irata.*

Dum-

Dummodo vel cæcus teneam, quos abnego, nummos.
Et phthisis, & vomicæ putres, & dimidium crus 95
Sunt tanti? pauper locupletem optare podagram
Ne dubitet [66] *Ladas, si non eget* [67] *Anticyra, nec*
[68] *Archigene* [69] *quid enim velocis gloria plantæ*
Præstat, & eluriem? [70] *Piææ ramus olivæ?*
[71] *Vt sit magna, tamen certè lenta ira deorum est.* 100
Si curant igitur cunctos punire nocentes,
Quando ad me venient? sed & exorabile numen
Fortasse experiar, solet [72] *bis ignoscere: multi*
Committunt eadem diuerso crimina fato.
Ille crucem pretium sceleris tulit, hic diadema. 105
[73] *Sic animum diræ trepidum formidine culpæ*
Confirmant tunc te [74] *sacra ad delubra vocantem*
Præcedit, trahere [75] *imò vltro, ac vexare paratus.*
Nam cum magna [76] *malæ supereſt audacia causæ,*
Creditur à multis fiducia. [77] *mimum agit ille,* 110
Vrbani qualem fugitiuus scurra Catulli.
Tu miser exclamas, vt [78] *Stentora vincere possis,*
Vel potius quantum [79] *Gradiuus Homericus: audis*
Iupiter hæc? [80] *nec labra moues, cum mittere vocem*
Debueras vel marmoreus, vel aheneus? aut cur 115
In [81] *carbone tuo* [82] *charta pia thura soluta*
Ponimus, & sectum vituli iecur, [83] *albaque porci*
Omenta? vt video, nullum discrimen habendum est
Effigies inter vestras, statuámque [84] *Batulli.*
Accipe quæ contrà valeat solatia ferre, 120
Et * *qui nec Cynicos, nec Stoica dogmata legit*
[85] *A Cynicis tunica distantia.* [86] *non Epicurum*
Suspicit exigui lætum plantaribus hvti.

πόσσ' ἀνδρώσαχ' ὅσσον ἄλλος πεπνυμένος ἦεν. Homer Iliad. 5.

66 Cursu velox & expeditus, sed pauper, de quo Pausan. in Corinth. Solinus c. 4. Catullos ad Camerium, Epigr. Græc. l. c. 2.
67 Nisi insanus sit. vel modo tolerabilis sit podagra, quæ Elleboro nigro non sit curanda. Pers. 4. 24.
68 Medico.
69 Quòn. mihi in Olympicis palma, si interea famelicus peream?
70 Olympicæ, Pisæ ciuitatis in Elide, iuxta quam Iouis Olympij templum: & certamina quinto quoque anno ineunte celebrabantur. vide quæ ad Senecæ Herc. Fu. v. 830.
71 Periurus hæc secum.
72 Quibusdam.
73 Hæc Poeta.
74 Exigentem ab eo iusiurandum de depositо.
75 Te quasi cunctantem.
76 Tanquam bonæ causæ & innocentiæ.
77 Ille te calumniatur, non secus ac dominum ferus ille nequam quem repræsentat mimus in fabula mimographi Catulli. 78 ὅς ποσὸν αὐδήσαιχ' ὅσσον ἄλλος πεπνυμένος ἦεν. Homer Iliad. 5.
79 Mars apud Homer. l. 5. qui à Diomede vulneratus exclamauit quantum x. millia virorum.
80 Nec indignatus buccas inflas. 81 Thuribulo. 82 Qua thura erant inuoluta. 83 Pinguia, vel alba porci. Hypall. 84 Citharœdi, cui statuam Sami in templo Iunonis erexit Polycrates tyrannus. * Eius, vel mei, qui nec, &c. 85 Cynici duplici pallio. Stoici simplici vtebantur. Doctrina erat eadem. 86 Non admiratur Epicurum, qui in voluptate & tranquillitate summum bonum ponit.

87 Curentur

87 Curentur dubij medicis maioribus ægri,
88 Tu venam vel 89 discipulo committe Philippi.
Si nullum in terris 90 tam deteſtabile factum
Oſtendis, tacco, nec pugnis cædere pectus
Te veto, nec 91 plana faciem contundere palma,
Quandoquidē accepto 92 claudenda eſt ianua dā
Et maiore domus gemitu, maiore tumultu ſuo,
Planguntur nummi quàm funera. nemo dolorē
Fingit 93 in hoc caſu, veſtem 94 diducere ſummam
Contentus 95 vexare oculos humore coacto:
Ploratur lacrymis amiſſa pecunia veris.
Sed ſi cuncta vides ſimili ſora plena querela,
96 Si decies lectis diuerſa in parte tabellis
97 Vana ſuperuacui dicunt 98 chirographa ligni,
Arguit ipſorum quos litera, 99 gemmaque princeps
Sardoniches, loculis quæ cuſtoditur eburnis.
Te nunc delicias 1 extra communia cenſes
Ponendum, quia tu 2 gallinæ filius albæ,
Nos 3 viles pulli nati infelicibus ouis.
Rem pateris modicam, & mediocri bile ferendam,
Si flectas oculos maiora ad crimina: confer
4 Conductum latronem, 5 incendia ſulphure cœpta,
Atque dolo primos cum ianua colligit ignes:
Confer & 6 hos veteris qui tollunt grandia templi
Pocula 7 adorandæ rubiginis, & populorum
8 Dona, vel antiquo poſitas à rege coronas.
9 Hæc ibi ſi non ſunt, minor extat ſacrilegus, qui
Radat 10 inaurati femur Herculis, & faciem ipſam
Neptuni, qui bracteolam de Caſtore ducat.
An dubitet ſolitus totum conflare 11 Tonantem?
Confer & 12 artifices mercatoremq; veneni,

87 Granibus afflicti grumis grauem petunt philoſophum qui conſoletur.
88 Tu cuius damnum lenius eſt, non ita grani conſolatore opus habes.
89 Medico rudiori.
90 Quàm eius qui te ſeſellit.
91 Plangere & lamentari.
92 Quæ claudi ſolet vt & feneſtræ in ſignum luctus. vel, Quandoquidem libet adhuc dolorem damno. vide Adag. Eraſm.
93 In amiſſione bonorum.
94 Dilacerare.
95 Lacrymis miſerè terendo oculos vix vi expreſſis.
96 Cum obligatoria inſtrumenta in tabulis ceratis ſcripta ipſius coram teſtibus ſoerint tecta.
97 Debitores dicunt eſſe adulterina, quæ tamen vera eſſe arguit ſcriptura & ſigna.
98 Propria manu ſcripta ligna, i tabellæ è ligno ceratæ in quibus ſcribebant veteres.
99 Sigillum in Sardoniche gemma pretioſa.
1 Extra communem ſortem, non vulgarem.
2 Tibi videris ſupra alios feliciter natus, vel quia felicia omni a dicuntur alba: vel reſpicit ad gallinam albam, quam rapuam aquila in gremium Liuiæ demiſit, vide Sueron.
3 Nullius precij hominculi. 4 Sicarium ad occidendū Galbam, i. e. & Plin. l. 11. cap. vlt. 5 Sacrilegos. 6 Religiosæ vetuſtatis. 8 ἀναθήματα, conductum. 9 Incendiarios. 10 Statuis auratis, vide Suet. Calig. c. 32. donaria dijs conſecrata. 11 Louis ſtatuam. 12 Venefices.

Et [13] deducendum corio bouis in mare, cum quo
Clauditur aduersis [14] innoxia simia fatis.
Hæc quota pars scelerum, quæ custos [15] Gallicus vrbis
Vsque à Lucifero, donec lux occidat, audit.
Humani generis mores tibi nosse volenti
Sufficit [16] vna domus, paucos consume dies, &
Dicere te miserum, postquam illinc veneris, [17] aude.
Quis [18] tumidum guttur miratur in Alpibus? aut quis
In [19] Meroë crasso maiorem infante mamillam?
Cærula quis stupuit Germani lumina, flauam
Cæsariem madido [20] torquentem cornua cirro?
Nempe quòd [21] hæc illis natura est omnibus vna.
Ad [22] subitas Thracum volucres, [23] nubemq; sonoram
[24] Pygmæus paruis currit bellator in armis:
Mox impar hosti, raptusq; per aëra curuis
Vnguibus à sæua fertur grue. si videas hoc
Gentibus in nostris, risu quatiere: sed illic
Quanquam eadem assiduè spectentur prælia, videt
Nemo, vbi tota cohors pede non est altior vno.
[25] Nullane periuri capitis fraudisq; nefandæ
Pœna erit? [26] abreptum crede hunc grauiore catena
Protinus, & nostro (quid plus velit ira?) necari
Arbitrio. [27] manet illa tamen iactura, nec vnquam
Depositum tibi sospes erit, [28] sed corpore trunco
Inuidiosa dabit minimus solatia sanguis.
At vindicta bonum vita iucundius ipsa.
[29] Nempe hoc indocti, quorum præcordia nullis
Interdum aut leuibus videas flagrantia causis,
Quantulacunque adeo est occasio, sufficit iræ.
[30] Chrysippus non dicet idem, nec [31] mite Thaletis
Ingenium, dulciq; [32] senex vicinus Hymetto,

13 Parricidam culeo deduc. Sat. 8. 214.
14 In sociam pœnam destinata, cum ipsa non occiderit parentem.
15 Gal. Rutilius sub Domitiano præfectus vrbis.
16 Illius Rutilij.
17 Si potes.
18 Quis ea, quæ vulgo accidunt & quæ quotidiana atque è loci quasi natura sunt, miranda putet? Romæ videre omnes scelere profligatos non magis mirum est, quam in Alpibus omnes strumosos (à vitio aquæ quam ibi potant, Plin. c. 37. l. 13) quam mammosas in Meroë AEgypti ciuitate; quàm Pygmæos omnes esse breues, bella gruibus inferre, &c. Plin. l. 7. c. 2. Solin. c. 15.
19 Sat. 6. 527.
20 Cincinnos in formam cornuum & annulorum obliquantem. Tacit. de Germ.
21 Vt hæc illis à natura & more ita nobis Rom. iocosa.
22 Groes à Strymone fl. Thraciæ, ex improuiso aduenas.
23 Cum clangore instar nubis gregatim volantes grues.
24 Sat. 6. 505.
25 *Obiect.*
26 *Resp.* Ad supplicium.
27 *Obiect.* è persona Caluini. 28 Quod si membri iactura vel sanguine fuso ipsum pœnas luisse vidissem, lat haberem. 29 *Resp. Poeta.* Indoctos quidem & stultos imbecilles iræ esse ac vindictæ cupidos, doctos & sapientes non ita. 30 Philosophus Stoicorum acutissimus. 31 Ipse Thales vnus è septem sapientibus Græciæ. 32 Socrates, qui sub falso crimine, quasi de dijs male sentiret, capitis damnatus datam à ministro publico cicutam intrepidus hausit.

Qui

Qui partem acceptæ sæua inter vincla cicutæ
Accusatori nollet dare. plurima felix
Paulatim vitia, atque errores exuit omnes
Prima docens rectam [34] *sapientia: quippe minuti*
Semper & infirmi est animi, exiguique voluptas
Vltio. *continuò* * *sic collige, quòd vindictâ*
Nemo magis gaudet quàm fœmina. cur tamen hos tu
Euasisse putes, quos diri conscia facti
Mens habet attonitos, & [35] *surdo verbere cædit*
Occultum quatiente animo tortore flagellum?
Pœna autem vehemens, ac multo sæuior illis,
Quas [36] *sæditius grauis inuenit, aut* [37] *Rhadamã-*
Nocte dieque suum gestare in pectore [38] *testem.*
[39] *Spartano cuidam respondit Pythia vates,*
Haud impunitum quondam fore, quod dubitaret
Depositum retinere, & fraudem * *iure tueri*
* *Iurando: quærebat enim quæ numinis esset*
Mens, & an hoc illi facinus suaderet Apollo.
[40] *Reddidit ergo metu, non moribus: & tamè omnem*
[41] *Vocem adyti dignam templo, veramq; probauit,*
Extinctus tota pariter cum prole, domóque,
Et quamuis longa deductis gente propinquis.
Has patitur pœnas peccandi sola voluntas.
Nam scelus intra se tacitum qui cogitat vllum,
Facti crimen habet. [42] *cedo si conata peregit?*
Perpetua anxietas, nec mensæ tempore cessat
Faucibus vt morbo siccis, interq; molares
Difficili crescente cibo: sed vina misellus
Expuit. [43] *Albani veteris pretiosa senectus*
Displicet, [44] *ostendas melius, densissima vinga*
Cogitur in frontem, velut acri ducta Falerno.
Nocte breuem si fortè indulsit cura soporem,
Et toto versata toro iam membra quiescunt,

33 Anyto, Melito, poetæ, vel Lyconi oratori.
34 Philosophia moralis.
* Sic argue. concludo, Fœminæ maximè gaudent vindictâ: Sed fœminæ sunt infirmi animi. Ergo, &c. Θηλυ δ' ἰσχυρον ψυχης ἰσὶ κακια ἡ πανδυς, οἰς καθ' ἑκαστον ἡδὺ ὀπτηδευμένον ἀπολαυσεμθαι. ἀρίστη δὲ ἀπάθεια καὶ χρεττὶ ὑφ' ὧν ἠδικόμεθα καὶ μὴ τιμᾶσθαι. Philo Iud. de sacrif. Abel.
35 Tacito, non audito.
36 Iudex sub Vitellio lenerus.
37 Vnus e iudicibus apud inferos, Iouis ex Europa filius.
38 Conscientiam carnificem.
39 Glauco. vide hanc historiam apud Herodotum, lib. 6.
* Τὸν ὅρκον, iurisiurando.
40 Filijs Milesij qui deposuerat.
41 Vatis ex ἀδυτον, i. loco templi intimo, inaccesso, ab α & δύω.
42 Quòd si voluntas puniatur, quanto magis qui velle in actum produxerit? responsum expertus est verum, ipse cum vniuersa sua familia paulo post extinctus.
43 Vetustum & pretiosum Albanum vinum.
44 Si offeras melius, etiam dulcissima & optima vina illi acria sunt atque ingrata, neque mente ægrâ palato sapiunt aut stomacho arridenti.

Continuò [45] *templum, & violati numinis aras,*
Et quod præcipuis mentem ſudoribus vrget,
Te videt in ſomnis: tua ſacra, & [46] *maior imago*
Humanâ turbat pauidum, cogitq́ [47] *fateri.*
Hi ſunt qui trepidant, & [48] *ad omnia fulgura pallent,*
Cum tonat, exanimes primo quoque murmure cœli,
Non [49] *quaſi fortuitu, nec* [50] *ventorum rabie, ſed*
Iratus cadat in terras, & vindicet ignis.
[51] *Illa nihil nocuit, cura grauiore timetur*
Proxima tempeſtas, velut hoc dilata ſereno.
Præterea [52] *lateris* [53] *vigili cum febre dolorem*
Si cœpere pati, miſſum ad ſua corpora morbum
Infeſto credunt à numine, ſaxa Deorum
Hæc, & tela putant. [54] *pecudem ſpondere ſacello*
Balantem, & laribus [55] *criſtam promittere galli*
Non audent. quid enim ſperare nocentibus ægris
Conceſſum? [56] *vel quæ non dignior hoſtia vitâ?*
Mobilis, & varia eſt ferme natura malorum,
[57] Cùm ſcelus admittunt, ſupereſt conſtantia. *quid*
Atque neſcius, tandem incipiunt ſentire peractis
Criminibus. tamen ad mores natura recurrit
Damnatos, fixa, & mutari neſcia. nam quis
Peccandi finem poſuit ſibi, quando recepit
Eiectum ſemel attrita de fronte ruborem?
Quiſquam hominum eſt, quem tu contentum videris
Flagitio? [58] *dabit in laqueum veſtigia noſter*
Perfidus, & nigri patietur carceris [59] *vncum,*
Aut [60] *maris Ægæi rupem, ſcopulóſque frequentes*
Exulibus [61] *magnis. pœna gaudebis amara*
Nominis intuiſti, tandémque fatebere lætus
Nec ſurdum, nec [62] Tireſiam quenquam eſſe Deorum.

45 Templum in quo peierauit vrget illum in ſomnis.
46 Maior effigie humanâ & auguſtior, quales ſolent apparere vmbræ.
47 Scelus ſuum.
48 Vt Caligula.
49 Ex Epicuri opinione.
50 Ex vulgi opinione.
51 Quòd ſi viderit primam tempeſtatẽ nihil illi nocuiſſe.
52 Pleuritida.
53 Cuius calor ſomnum adimit.
54 Pro ſanitate recuperanda vouere ouem vel agnum.
55 Gallum quem & Æſculapio ſoluit qui conualuit.
56 Vel quænam pœna non eſt dignior vitâ, quàm ſceleſtus?
57 Ante ſcelus perpetratum abunde confidentes, poſt timidiſſimi, & ſibi ſceleris malè conſcij reſipiſcere volunt. non tamen poſſunt, Ipſi ad vitia proni, dulcedine iam & conſuetudine præpediti, atque abiecto pudore in vitijs confirmati. Nullum autem vitium deſinit vbi incipit. Senec.
58 Alio de crimine dabit breui in catenas pedes ſuos, qui te perfidè decepit.
59 Sat. 10 66.
60 In exilij aliquam inſulam in mari Ægæo h. *Archipelago.*
61 Nobilibus.
62 Nec cœcum vt fuit Tireſias. *Metam. Quid.* 3.

SATYRA XIIII.

Parentes reprehendit qui minus piè ac castè coram liberis viuentes malis exemplis & praua institutione ijs autores sunt aleæ, gulæ, crudelitatis, libidinis, luxus in ædificijs extruendis, superstitionis & pertentosæ auaritiæ.

PLurima sunt, Fuscine, & fama digna sinistra,
*Et nitidis maculam, ac rugam figentia rebus,
Quæ monstrant ipsi pueris traduntque parentes.
Si damnosa senem iuuat alea, ludit & heres
[1] Bullatus, paruóque eadem mouet [2] arma [3] fritillo.
Nec de se [4] melius cuiquam sperare propinquo
Concedit iuuenis, qui radere tubera terræ,
Boletum condire, & eodem [5] iure natantes
Mergere [6] ficedulas didicit nebulone parente,
Et [7] cana monstrante gula: cum [8] septimus annus
Transierit puero nondum omni dente renato,
Barbatos licet admoueas mille inde magistros,
Hinc totidem, cupiet lauto cænare paratu
Semper, & [9] à magna non degenerare culina.
[10] b Mitè animũ, & mores [11] modicis erroribus æquos
Præcipit, atque animos seruorum, & corpora nostrâ
Materiâ constare putat paribúsque elementis?
An [c] sæuire docet Rutilus qui gaudet acerbo
Plagarum strepitu, & [12] nullam Sirena flagellis
Comparat [13] Antiphates trepidi laris, ac [14] Polyphe- (mus?
Tum felix, quoties aliquis tortore vocato
Vritur ardenti duo propter [15] lintea ferro.
Quid suadet iuueni lætus stridore catenæ,
Quem mirè afficiunt [16] inscripta [17] ergastula, [17] carcer
Rusticus? expectas vt non sit adultera [18] Largæ

* Quæ etiam res præclaras turpitudine inquinant.
1 Filius adhuc puer bullam & prætextam gestans. Pers. Sat. 5. 31.
2 Talos, aleas & cætera ludi instrumenta.
3 Vasculo oblongo è quo mittebantur tesseræ vel tali in tabulam vide quæ ad Martial. ep. 14. l. 4.
4 Quàm de patre.
5 Condimento.
6 Aues, quòd ficus edant, dictas.
7 Cano patre gulosо.
8 Puer in his delicijs enutritus ad septimum ætatis annum, quo dentes renascuntur.
9 Non deflectere à paterno luxu ad vitam frugaliorem.
10 Pater crudelis dum in seruos flagellis sæuit,
b clementiam quæso an c crudelitatem præcipit filio? præcludubio crudelitatem.
11 Paucissimis vitijs corruptos.

12 Nullius Sirenis cantum æquè auditu iucundum putat, ac flagellorum sonum. 13 Dominus suæ carnifex, Antiphate Lestrygonum rege non mitior. 14 Cyclopum immanissimus. 15 Furto subducta, vel ignita. 16 Cauterio insiti serui. 17 Sat. 8. 180. 18 Adultera sic Sat. 6. 348.

Filia, quæ nunquam maternos dicere mœchos
Tam cito, nec tanto poterit contexere cursu,
Vt non ter decies [19] *respiret? conscia matri*
Virgo fuit: [20] *ceras nunc* [21] *hac dictante puellas*
Implet, & ad mœchum dat [22] *eisdem ferre* [23] *cinædis*
Si natura iubet, velocius & citius nos (nis
Corrumpunt vitiorũ exempla domestica, [24] mag-
Cum iubeant animos autoribus. *vnus, & alter*
Forsitan [25] *hæc spernãt iuuenes, quibus arte benigna,*
Et [26] *meliore luto finxit præcordia Titan:*
Sed reliquos [27] *fugienda patrum vestigia ducunt,*
Et monstrata diu veteris trahit orbita culpæ,
Abstineas igitur [28] *damnis. huiusce etenim vel*
Vna potens ratio est, ne crimina nostra sequantur
Ex nobis geniti, quoniam dociles imitandis
Turpibus, ac prauis omnes sumus *&* [29] *Catilinam*
Quocunque in populo videris, quocunq; sub axe:
Sed nec [30] *Brutus erit,* [30] *Bruti nec auunculus vsquã.*
Nil dictu fœdum visuque hæc limina tangat,
Intra quæ puer est. *procul hinc, procul inde* [31] *puellæ*
Lenonum, & cantus pernoctantis parasiti.
Maxima debetur puero reuerentia: *si quid*
Turpe paras, nec tu pueri contempseris annos,
Sed [32] *peccaturo obsistat tibi filius infans.*
Nam si quid dignum censoris fecerit [33] *irâ,*
(Quandoquidem similem tibi se non corpore tantùm
Nec vultu dederit, morum quoque filius) & cum
Omnia deterius tua per vestigia peccet,
[34] *Corripies nimirum, & castigabis* [35] *acerbo*
Clamore, ac post hæc [36] *tabulas mutare parabis.*
[37] *Vnde tibi frontem libertatemq; parenti,*
Cum facias peiora senex? vacuumq; cerebro
[38] *Iampridem caput hoc ventosa cucurbita quærat?*

19 Take breath.
Ita multi sunt, vt numerari nequeant vno spiritu, immo sine crebrâ respiratione.
20 Tabellas ad mœchum.
21 Mane suo exemplo præmonstrante. *vel simpliciter dictante.*
22 Quibus mater dederat.
23 Ministris turpibus.
24 Parentibus & maioribus
25 Declinent parentum vitia.
26 Prometheus Titanis nepos qui homines è luto formasse fingitur
Εἴσι φερμυδεὺς Ἐπλασε, κ' ἐκ πηλᾶ γένος ἀν.
Callimach. quibus Deus ingenium dedit ad virtutem promius.
27 Prava exempla.
28 Sceleribus quæ te & filios perdent.
29 Malos & patriam euertere conatos, qualis fuit Catilina.
30 Boni & patriæ assertores, qualis erat M. Brutus, & Cato Vtic. frater Seruiliæ matris Bruti
31 Meretrices, & parasiti in alea, vino, & lasciuis cantibus pernoctantes.
32 Ne peccet in illius malum exemplum. 33 Nota Censoris. 34 Iron. 35 Acri increpatione. 36 Tab. testamenti mutare, & eum exheredare. 37 Sup. sumes? 38 Et tibi quasi phrenetico adhibenda est, occipitio inciso, Cucurbita. Angl. a cupping glasse.
39 Ho-

39 *Hospite venturo cessabit nemo tuorum?*
Verre pauimentum, nitidas ostende columnas,
Arida cum tota descendat aranea tela,
Hic 42 *lauet argentum, vasa* 43 *aspera tergeat alter,*
Vox domini fremit instantis, virgamq; tenentis.
Ergo miser trepidas, ne stercore fœda canino
Atria displiceant oculis venientis amici,
Ne perfusa luto sit porticus, & tamen vno
Semodio scobis hæc emendat seruulus vnus:
Illud non agitas, vt sanctam filius omni
Aspiciat sine labe domum, vitioq; carentem?
Gratum est, 44 quòd patriæ ciuem, populoq; de-
Si facis, vt patriæ sit idoneus, *vtilis agris,* (disti,
Vtilis & bellorum, & pacis rebus agendis.
Plurimum enim intererit, quibus artibus, & qui-
bus hunc tu
* Moribus instituas. b *serpente Ciconia pullos*
Nutrit & inuenta per deuia rura lacerta:
45 *Illi eadem sumptis quærunt animalia pennis.*
Vultur 46 *iumento, & canibus, crucibusq; relictis*
Ad fœtus properat, partemq; cadaueris affert:
Hic est ergo cibus magni quoque vulturis, & se
Pascentis, propria cum iam facit arbore nidos.
c *Sed leporem, aut capream* 47 *famulæ Iouis, &* 48 *gene-* (rosæ
In saltu venantur aues, tunc præda cubili
Ponitur; inde autem, cum se matura leuabit
Progenies stimulante fame, festinat ad illam
Quam primùm 49 *rupto prædam gustauerit ouo.*
Ædificator erat Centronius, & modo 50 *curuo*
Litore Caietæ, summa nunc 51 *Tiburis arce.*
Nunc 52 *Prænestinis in montibus, alta parabat*
Culmina villarum, Græcis 53 *longeq; petitis* (edem.
Marmoribus vincens 54 *Fortunæ, atque* 55 *Herculis*

39 Vt hospitem excipias, domum nitidam esse curas, cur non & sanctam?
40 Vox tua fremit, *Verre pauimentum, &c.*
41 Aridis gaudent.
42 Alij legunt, *Lent argentum.*
43 Cælata, & signis insculpta.
44 Quòd filium genueris.
* b *Matris ut, exemplo Ciconia & vulturis.*
* c *Boni, exemplo Aquilæ & accipitrum.*
45 Pulli iam pennati.
46 A cadaueribus iumenti, canum, aut furum in cruce pendentium, prædam refert vultur ad pullos quem in excelsissimis rupibus nidificare scribit Plinius l. 10. c. 6. non in arboribus, vt noster hic. Atque hinc, vbi adoleuerint illi vultures, assueto illo, & quo prius alebantur cibo, vescuntur.
47 Aquilæ Iouis armigeræ, altiuolæ.
48 Accipitres.
49 Ouo exclusa & tenella progenies.
50 Portu in sino Baiano, potius à curuo quod Lacenes Caietam vocant, quàm ab Aeneæ nutrice dicto. *Virg. Aeneid. 7.* Caietta.
51 Ciuitatis in Sabinis ad lapidem ab vrbe xvi. *Tiuoli.* Sat. 3. vers. 190.
52 Præneste vel Romæ.
53 Ex AEgypto, Numidia, &c.
54 Romæ.
55 Tiburi, vel etiam

Vt ſpado vincebat Capitolia noſtra[56] *Poſides.*
Dum ſic ergo[57] *habitat Centronius, imminuit rem,*
[58] *Fregit opes, nec parua tamen menſura relictæ*
Partis erat, totam hanc[58] *turbauit filius amens,*
Dum meliore nouas attollit marmore villas.
Quidam ſortiti[59] *metuentem*[60] *ſabbata patrem,*
[61] *Nil præter nubes, & cœli*[62] *numen adorant,*
Nec diſtare putant humana carne[63] *ſuillam,*
Qua pater abſtinuit, mox &[64] *præputia ponunt:*
Romanas autem ſoliti contemnere leges,
Iudaicum ediſcunt, & ſeruant, ac metuunt ius,
Tradidit arcano quodcunque volumine[65] *Moſes:*
[66] *Non monſtrare vias, eadem niſi ſacra colenti:*
Quæſitum ad fontem ſolos deducere[67] *verpos.*
Sed pater in cauſa, cui ſeptima quæque fuit lux
Ignaua, & partem vitæ non attigit vllam.
Sponte tamen iuuenes imitantur cætera, ſolam
Inuiti quoque auaritiam exercere[68] *iubentur.*
Fallit enim[69] vitium ſpecie[70] virtutis & vmbra,
Cum ſit triſte habitu, vultuq́, & veſte ſeuerum.
Nec dubiè tanquam frugi laudatur auarus,
Tanquam parcus homo, & rerum tutela ſuarum
Certa magis, quàm ſi fortunas ſeruet eaſdem (de
[71] *Heſperidum ſerpens, aut*[72] *Ponticus. adde quod hùc*
Quo loquor, egregium populus putat, atq́ verendum
Artificem, quippe his creſcunt patrimonia * *fabris,*
Sed creſcunt quocunque modo, maioraq́ fiunt
* *Incude aſſidua, ſemperque ardente* * *camino.*
Et pater ergo[73] *animi felicis credit auaros*
Qui mirantur opes,[74] *qui nulla exempla beati*
Pauperis eſſe putant; iuuenes hortantur, vt illam

56 Claudij Cæſaris eunuchus & libertus, qui balneas exſtruxit magnificas in litore Baiano.
57 Extruxit ædificia quæ habitet.
58 Abſumpſit, dilapidauit.
59 Superſtitioſè colente in *Ethnicè.*
60 Septimum quemque diem qui Iudæis שבת ceſſatio eſt.
61 Quippe inter prætandum cœlum ſuſpitientes vnum tantum Deum agnoſcunt. *Mente ſola vnum numen intelligunt.* Tacit. 5. hiſt. *Nubila de laqueatis expellatis &c.* Tertullian. in Apologetico. & hinc præter Iudæos iactatus Socrates ab Ariſtophane in Nubibus.
62 Alij *Lumen* legunt.
63 Quæ abſtinent Iudæi ex inſtituto veteri ὅτι ἤχθηλεῖ μὲν, ἐ μυρὸν κατὰ τὸς Σολομῶνος καὶ βαρεθρώδης. Philo Iud. lib de Agric. vide Sat. 6. v. 161.
64 Circumciduntur.
65 Propheta ex ſacra pagina notus.
66 Non niſi eandem profeſsis religionem præſtare officium viam vel fontem monſtrandi ceu aliud quodvis. 67 Circumciſos Iudæos ob renudatam verpam ab ἔρπειν Lumbrico. vide I. C. Scal. lib. de cauſis LL. 18. 68 A parentibus inſtituuntur.
69 Auaritia, vel generaliter, omne vitium. 70 Frugalitatis. 71 Pernigil draco cuſtos aurorum malorum in horto Heſperidum filiarum Atlantis. 72 Draco apud Colchos in Ponto aurei velleris à Phryxo ſuſpenſi cuſtos. * *Metaph. à fabrili arte.* 73 Sup. eſſe, vel, animi felicis, Hellenismus. 74 Qui neminem pauperem indicant beatum.

Ire

Ire viam pergant, & eidem incumbere sectæ.
Sunt quædam vitiorum elementa, his protinus illos
Imbuit, & cogit[75] *minimas ediscere sordes.*
Mox acquirendi docet insatiabile votum,
Seruorum ventres[76] *modio castigat iniquo*
Ipse quoq; esuriens: neq; enim omnia sustinet vnquã
Mucida[77] *cærulei panis consumere frusta,*
Hesternum solitus medio seruare[78] *minutal*
Septembri[79]*, nec non differe in tempora cœnæ*
Alterius[80] *conchem, æstiui cum parte*[81] *lacerti*
Signatam[82]*, vel dimidio, putriq; siluro,*
Filaq; sectiui numerata includere porri.
Inuitatus ad hæc aliquis[83] *de ponte negabit.*
Sed quò diuitias hæc per tormenta coactas?
Cùm furor haud dubius, cùm sit manifesta phre- (nesis,
Vt locuples moriaris egenti viuere fato?
Interea pleno cum turget sacculus ore,
Crescit amor nũmi, quãtum ipsa pecunia crescit,
Et minus hanc optat, qui non habet. *ergo paratur*
Altera villa tibi, cum rus non sufficit vnum,
Et proferre libet fines, maiorq; videtur
Et melior vicina seges, mercaris & hanc, &
Arbusta, & densa montem qui canet[84] *oliua:*
Quorum si pretio dominus non vincitur vllo,
Nocte boues macri, lassoq; famelica collo
Armenta ad virides huius mittuntur aristas:
Nec prius inde domum, quàm tota[85] *noualia cæuos*
In ventres abeant, vt credas falcibus actum.
Dicere vix possis, quàm multi talia plorent,
Et quot venales[86] *iniuria fecerit agros.*
* *Sed qui sermones? quæ fœdæ buccina famæ?*
Quid nocet hoc? inquit,[87] *tunicam mihi malo lupini,*
Quàm si me toto laudet vicinia pago
Exigui ruris paucissima farra secantem.
Scilicet & morbis, & debilitate carebis,

75 Triparcæ huius & sordidæ auaritiæ principia & præcepta vide à Theophrasto expressa in characterib. Eth. περὶ μικρολογίας, & περὶ βδελυρίας.
76 Cibi demensi φειδωνίαν μέτρου Theophr. περὶ βδελυρίας.
77 E mucore.
78 Cibum è variis minutim concisis.
79 Quo mense obsonia citissimè corrumpuntur.
80 Sat. 3 ver. 295.
81 Piscicul.
82 Signo appositio ad fraudes seruorum cauendas.
83 Mendicus, Sat. 3. 116.
84 Oleis flore candidis.
85 Noualis segetes & fructus depascantur macri lassique boues.
86 Potentum qui coergere paupertatem vendere agros.
* *Obiectio.*
87 Siliquam lupini leguminis. Poëta me fallat, at multa placuit. Horat.
88 Parum mollis dominum.
89 Hæc Poëta cum irrisione.

Et-

Et luctum & curam effugies, & tempora vitæ
Longa tibi post hæc fato meliore dabuntur,
Si tantum culti solus possederis agri,
Quantum sub [90] *Tatio populus Romanus arabat.*
Mox etiam fractis ætate, ac [91] *Punica passis*
Prælia, vel [92] *Pyrrhum immanem, gladiosq;* [92] *Molos-*
Tandem pro multis vix iugera bina dabantur (sos
Vulneribus. merces ea sanguinis, atque laboris
Nullis visa vnquam meritis minor, aut [93] *ingrata*
Curta fides patriæ: saturabat [94] *glebula talis*
Patrem ipsum, turbamq́, casæ, qua fœta iacebat
Vxor, & infantes ludebant quatuor, [95] *vnus*
[96] *Vernula, tres* [97] *domini: sed magnis fratribus horæ*
[98] *A scrobe vel sulco redeuntibus altera cœna*
Amplior, & grandes fumabant pultibus ollæ.*
Nunc modus hic [99] *agri nostro non sufficit horto,*
Inde ferè scelerum causæ, nec plura venena
Miscuit, aut ferro grassatur sæpius vllum
Humanæ mentis vitium, quàm sæua cupido
[1] *Indomiti census.* nam diues qui fieri vult,
Et cito vult fieri: sed quæ reuerentia legum?
Quis metus, aut pudor est vnquam properantis a-
Viuite contenti casulis, & collibus istis (uari?
O pueri, [2] *Marsus dicebat, &* [2] *Hernicus olim,*
[2] *Vestinusq́, senex, panem quæramus aratro,*
Qui satis est mensis. laudant hoc [3] *numina ruris,*
[3] *Quorum ope, & auxilio gratæ post munus aristæ*
Contingunt homines veteris fastidia quercus.
Nil [4] *vetitum fecisse volet, quem non pudet alto*
Per glaciem perone tegi, qui [5] *summouet Euros*
Pellibus inuersis. peregrina, ignotaq́, nobis
Ad scelus, atque nefas quodcunq; est, purpura du-
Hæc illi veteres præcepta minoribus, at nunc (cit.
Post finem autumni media de nocte supinum
Clamosus iuuenem pater excitat: accipe [6] *ceras,*

Scribe

90 Duce Sabinorum in vrbis partem à Romulo accepto.
91 Aduersus Carthaginenses. in Sicilia, Italia, Africa.
92 Epirotarum regem. Molossia 2. pars Epiri est.
93 Neque ingrata aut parca nimis videbatur patria quæ tam bene meritis tantulam rependeret mercedem.
94 Duorum iugerum. Plin. 18. l. 2. c.
95 E quibus vnus, &c.
96 Ex serua natus.
97 Filij familias ingenuè nati.
98 Fodiendo vel arando.
* Fiebat puls ex æquis partibus farinæ, frumenti, & fabarum aut hordei. Alex. ab Alex. c. 11.; l. Pulte autem non pane vixerunt longo tempore Romani. Plin. l. 18. c. 8. Val. Max. l. 1. c. 5.
99 Priscorum fundi, 1. duorum iugerum.
1 Insatiabilis, infiniti.
2 Italiæ pop.
3 *Liber & alma Ceres, vestro si munere tellus Chaoniam pingui glandem mutauit arista.* 1. Geor. Virg.
4 Nihil admittet sceleris contra naturæ & patriæ leges, qui paruo contentus secundùm naturam viuit.
5 Ventorum frigus depellit.
6 Tabellas cereas.

Scribe puer, vigila, causas age, perlege[7] *rubras*
Maiorum leges, aut[8] *vitem posce libello.*
Sed caput[10] *intactum buxo, narésque pilosas*
Annotet, & grandes miretur[11] *Lælius alas.*
Dirue Maurorum[12] *Attegias, castella*[13] *Brigantum,*
[14] *Vt locupletem aquilam tibi sexagesimus annus*
Afferat, aut longos castrorum ferre labores
Si piget, & trepido[15] *soluunt tibi cornua ventrem*
Cum lituis audita, pares quod vendere possis.
[16] *Pluris dimidio, nec te fastidia mercis*
Vllius subeant ablegandæ[17] *Tiberim vltra,*
Nec credas ponendum aliquid discriminis inter
Vnguenta, & corium.[18] lucri bonus est odor ex re
Qualibet. *illa tuo sententia semper in ore*
Versetur dijs atque ipso Ioue digna,[19] *poëtæ:*
Vnde habeas quærit nemo, sed oportet habere.
Hoc monstrant vetulæ[20] *pueris polcentibus assem:*
Hoc discunt omnes ante alpha & beta puellæ.
Talibus instantem monitis quemcunque parentem
Sic possum affari: dic ô vanissime, quis te
[21] *Festinare iubet? meliorem*[22] *præsto*[23] *magistro*
Discipulum, securus abi, vincêris vt Aiax
Præteriit[24] *Telamonem, vt*[24] *Pelea vicit Achilles.*
Parcendum est teneris,[25] *nondum impleuere medul-*
Natiuæ mala nequitiæ: cum pectere barbam (las
Cœperit, & longi mucronem admittere[26] *cultri,*
Falsus erit testis, vendet periuria summâ
Exiguâ, Cereris[27] *tangens æramq́, pedemq́.*
[28] *Elatam iam crede nurum, si limina vestra*
[29] *Mortifera cum dote subit,*[30] *quibus illa premetur*

7 Perf. Sat. 5. v. 90.
8 Centurionis munus, qui vitem gestabat qua malites puniret. Liuius l. 5. Plutarch. in Galba. L. Flor. Plin. l. 14. c. 1. & c Sat. 8. v. 247.
9 Lib. supplic.
10 Pectine è buxo intactum, i. impexã, vt incultus etiam strenuus appareas.
11 Imperator.
12 Mapalia.
13 Brutannorum in septentrionali parte Albionis inf. qui alijs *Eboracenses* sunt, alijs *Galwei*.
14 Vt sexagenarius & emeritus signiferi munere seu opibus honoreris. vide Martialis ep. 48. l. 6. f.
15 Musculi q. qui rectrimentorum meatus claudunt, animæ per timorem intro fugiente calore & virtute destituti laxant vincula. Arist. probl. & Macrob. Sat. 7. c. 11. quo autore imbre conspersum ac reprehensum introducit Dion, sua Aristophanes in βατραχ.
16 Dimidio pluris quam stetit.
17 Trans Tiberim n. fœtida opera, vt Sulphurata, & excoriationes exercebantur. vide quæ ad Martial. ep. 42. l. 1. d.
18 Respicit ad notũ illud Vespasiani de vectigali è lotio. Sueton. Vespas. c. 23.
19 Ennij ab Euripidis Bellerophonte sumptum, qui tamen hoc Ironicè dixit
20 Parualia. Sat. 3. 243.
21 Ante annos nubiles filiũ inquinare.
22 Me warrant him.
23 Te patre qui docuisti.
24 Vt illi patres suos fortitudine
25 Vitia patria nondum fiemam ita te filius tuus nuptiũ, nequitiã, & omni scelere superabit.
26 Nouaculæ ad barbam radendam, i. vbi adoleuerit.
27 Iurantibus ætatem nacta sunt.
28 Nouacula ad barbam radendam vxorem suam filius tuus veneno peremptam ad aram tangere mos erat.
29 Proculdubio vxorem suam filius tuus veneno peremptam ad
30 A cunctis infectis quibus si mulieris genitalia tractentur præsentaneus mors est, hoc Calpurnio Bestiæ obiecit M. Cicerillus.

Per

Per ſomnum digitis? nam quæ terráque mariq;
Acquirenda putes, breuior via conferet illi.
Nullus enim magni ſceleris labor. [31] *hæc ego nũ-* (quam
Mandaui dices olim, nec talia ſuaſi.
[32] *Mentis cauſa malæ tamen eſt, & origo penes te.*
Nam quiſquis magni cenſus præcepit amorem,
Et [33] *læuo monitu pueros producit auaros,*
Et qui per fraudes patrimonia conduplicare
Dat libertatem, totas effudit habenas
Curriculo quem ſi reuoces, ſubſiſtere neſcit,
Et te contempto rapitur, metiſq; relictis.
Nemo ſatis credit tantum delinquere, quantum
Permittas, [34] adeò indulgent ſibi latius ipſi.
Cum dicis iuueni [35] *ſtultum, qui donet amico,*
Qui paupertatem leuet, attollátque propinqui;
Et ſpoliare doces, & [36] *circumſcribere, & omni*
Crimine diuitias acquirere, [37] *quarum amor in te eſt,*
Quantus erat patriæ Deciorum in pectore, quantum
Dilexit Thebas, [38] *ſi Græcia vera,* [39] *Menœceus,*
[40] *In quarum ſulcis legiones dentibus anguis*
Cum clypeis naſcuntur, & horrida bella capeſſunt
Continuò, tanquam tubicen ſurrexerit vna,
Ergo [41] *ignem, cuius ſcintillas ipſe dediſti,*
Flagrantem latè, & rapientem cuncta videbis.
Nec tibi parcetur miſero, [42] *trepidúmque magiſtrum*
In cauea magno fremitu leo tollet alumnus.
Nota mathematicis [43] *geneſis tua, ſed* [44] *graue tardas*
Expectare [45] *colos, morieris* [46] *ſtamine nondum*
Abrupto. iam nunc obſtas, & vota moraris,
Iam torquet iuuenem longa & [47] *ceruina ſenectus.*
Ocyus [48] *Archigenem quære, atque eme* [49] *quod Mithridates*
Compoſuit, ſi vis [50] *aliam decerpere ficum,*

* Neque enim res ardua eſt perpetrare ſcelus aliquod magnum, præceps eſt ad ſcelus via.

31 *Excuſat pater.*

32 *Reſpondet Poeta.*

33 Iniquo, inhonesto.

34 Etiam vltra patris præcepta peccandi licentiam ſibi arrogabunt.

35 Eum eſſe ſtultum qui donet amico.

36 Fraude excipere.

37 Quas diuitias tu ama, quantum Decij pater & filius patriam, qui ſe pro legionibus Rom. deuouerunt, Sat. 8. v. 258.

38 Sat. 10. v. 174.

39 Qui oraculi monitu edoctus Thebas non capi poſſe ſi ſe deuoueret, gladio ſe transfixit. Papin. 11. Thebaidos.

40 Hanc de Cadmo fabulam, vide in *Metam. Ouid.* 3. *l.*

41 Auaritiæ flammam.

42 Filius te patrem tollet vt leo magiſtrum ſuum Domitiani tempore, Martial. lib. Spect. 10. ep.

43 Ætatis tuæ longitudo ex horoſcopo natiuitatis tuæ inquiretur à filio.

Patries inquiret in tempora Filius, Ouid.

44 Graue erit filio tuo expectare fatum tuum.

45 Parcarum.

46 Naturalis vitæ modo.

47 Longæua vt cerui, filio nimis longa viſa.

48 Medicum.

49 Antidotum, Sat. 6. vlt. lin.

50 Allium videre autumnum.

Atque

Atque [51] *alias tractare rosas, medicamen habendum est,*
Sorbere ante cibũ quod debeat aut [52] *pater aut* [53] *rex.*
Monstro voluptatem egregiam, cui nulla [54] *theatra,*
Nulla æquare queas prætoris [54] *pulpita lauti,*
Si spectas quanto capitis discrimine constant
Incrementa domus, ærata multus in arca
Fiscus, & [55] *ad vigilem ponendi Castora nummi,*
[56] *Ex quo Mars vltor galeam quoque perdidit, & res*
Non potuit seruare suas. ergo [57] *omnia Floræ,*
Et [58] *Cereris licet, &* [59] *Cybeles* [60] *aulæa relinquas,*
[61] *Tanto maiores humana negotia ludi.*
An magis oblectant animum iactata [62] *petauro*
Corpora? [63] *quique solent rectum descendere funem?*
Quàm tu, [64] *Corycia semper qui puppe moraris,*
Atque habitas Coro semper tollendus, & Austro
*Perditus * ac vilis sacci mercator* [65] *olentis?*
Qui gaudes pingui antiquæ de litore Cretæ
[66] *Passum &* [67] *municipes Iouis aduexisse lagenas?*
[68] *Hic tamen ancipiti figens vestigia planta*
Victum illa mercede parat, [69] *brumamq; famemque*
Illa reste cauet. tu propter mille talenta,
Et centum villas temerarius aspice portus,
Et plenum magnis trabibus mare: [70] *plus hominum est iam*
In pelago. veniet classis quocunque vocarit
Spes lucri, nec [71] *Carpathium,* [72] *Getulaque tantum*

51 Aliud videre vet. i. in alium annum viuere.
52 Qui malos habet filios.
53 Qui malos habet subditos.
54 Ludos scenicos.
55 Ad templum Castoris, ex more diuitum, qui thesauros in templis deponere soliti erant, quasi iam securi de iis quæ Deorum tutelæ credidissent. ὅτε γὰρ τοῖς πελλοῖς τὰ χρήματα ἐν τοῖς ἱεροῖς ταμιεύειν. Thucydidis scholiastes.
56 Ex quo in templo Martis compilatæ fuerunt arcæ, ipsiusque Dei galea furto sublata. vide Martialis ep. 72. l. 6. & Anthologiæ l. 2. c. 25. de Eutychida.
57 Floralia. Pers. Sat. 5. 178.
58 Ludos Cereales. vide Ang. Politiani Miscel. c. 85.
59 Megalesia.
60 Sat. 6. v. 65.
61 Hæc auarorum hominum negotia, & immodici labores ad augendam omni modo rem, in tantum superant omnia ludorum genera. 62 Rotâ vel circulo ligneo per quem saltando se iactabant Petauristæ. Manilius lib. 5. ibique Scalig. 63 Funambuli. 64 E Cilicia, Corycus a promontorium ceu mons Ciliciæ in quo antrum Corycium, vbi optimum nascitur crocum. Est & nomen promontorii Cretæ. * Alij legunt *à Sicilia*. 65 Olentis mercem aliquam fœtidam. 66 Liquorem ex vuis ad solem passis. *Columella* 12. l. c. 39. 67 Vinum Cretense in lagenis, Iupiter a. in Creta natus est. ita Sat. 4. v. 33. filiorum appellauit *Crispini municipes*. 68 Funambuli tamen & periculosæ hos subeunt labores & pericula quo sibi ad victum necessaria acquirant tu, vt immodica & superflua, tanto ijs insanior es & dementior. 69 Frigus brumæ. 70 Plures nauigant iam quàm terram colunt. 71 Extremum maris mediterranei à Carpatho insula denominatum. 72 Lybica.

Æquora

Æquora transiliet, sed longe[73] *Calpe relicta*
Audiet Herculeo[74] *stridentem gurgite solem.*
Grande operæpretium est, vt tenso[75] *folle reuerti*
Inde domum possis, tumidaq; superbus[76] *aluta*
Oceani monstra, &[77] *iuuenes vidisse marinos.*
Non vnus mentes agitat furor.[78] *ille*[79] *sororis*
In manibus vultu[80] *Eumenidum terretur, &*[81] *igni:*
[82] *Hic boue percusso mugire Agamemnona credit,*
Aut Ithacum.[83] parcat tunicis licet, atque lacernis,
[84] Curatoris eget, qui nauem mercibus implet
Ad summum latus, &[85] tabula distinguitur vnda,
Cùm sit causa mali tanti, & discriminis huius
[86] *Concisum argentum in titulos, faciésque minutas.*
Occurrunt nubes, & fulgura: soluite funem
[87] *Frumenti dominus clamat, piperísque coemptor.*
Nil color hic cœli, nil[88] *fascia nigra minatur,*
[89] *Æstiuum tonat. infelix, ac forsitan ipsa*
Nocte cadet fractis trabibus, fluctúque premetur
Obrutus, &[90] *zonam læua, morsuq; tenebit.*
Sed cuius votis modò non sufficerat aurum
Quod[91] *Tagus, & rutila voluit*[92] *Pactolus arena,*
Frigida[93] *sufficient velantes inguina panni,*
Exiguúsque cibus, mersa rate naufragus assem
Dum rogat, &[94] *picta se tempestate tuetur.*
Tantis parta malis, cura maiore, metuque
Seruantur: misera est magni custodia census.
Dispositis prædiues[95] *hamis vigilare cohortem*
Seruorum noctu[96] *Licinus iubet, attonitus pro*
[97] *Electro,*[98] *signisq; suis, Phrygiáque columna,*

73 Altera ex Herculis columnis in Hispania sita. *Gibraltar*. Altera in Africa sita, Abyla h.e. Nautæ qui longè post se reliquerunt Herculis columnas audiunt in mari Atlantico, &c.

74 Quem Posidonius philosophus atque è poetis nonnulli finxerunt occidentem in æquore stridere vti candens ferrum in aqua.

75 Sacculo è corio nummis pleno.

76 Monstra natantia. Horat. 1. I. od 3. vere. balenas.

77 Tritonas & Sirenas.

78 Orestes, vt est apud Euripid.

79 Electræ.

80 Furiarum, quas vbi Orestes placasset nominasse Eumenidas á benevolentia. Sophocl. in Oedipode in Colono.

81 Facibus.

82 Aiax apud Sophocl. mente captus duos boues pro Agamemnone & Vlysse flagellat.

83 Etsi non laceret vestes more furiosorum mercator.

84 Tamen infamis est. hominibus verò nequam & male sanis interdici bonis solebat, curatore dato.

85 Sat. 12. vers. 38.

86 Nummi titulis & imaginibus principum signati.

87 Mercator.

88 Atræ nubis circulus.

89 Brevis temporis est hoc tonitru quale æstiuum solet è calore.

90 Cingulum in quo nummi reconditi lævâ manu vel ore tenebit mordicus, dum dextra dirigit tabulam cui innititur.

91 Auriferi fluuij in Lusitania—

92 —& Lydia.

93 Post naufragium.

94 Sat. 12. ver. 28. & Pers. Sat. 1. vers. 89.

95 Vncis ferreis. Turneb. 10. 17. vasa aquaria intelligit in promptu ad extinguenda incendia. ab hama, cum hamus penultimam habeat longam. ἅμαιναι ἢ σπάραι, &c. Plutarch. de animalium industria. & Plin. In. Lep. 10.

96 Dives, Sat. 2. Pers.

97 Poculis ex electro.

98 Statuis.

Atque

Atque [99] *ebore, &* [1] *Lata teſtudine.* [2] *dolia nudi*
Non ardent [3] *Cynici, ſi fregeris, altera fiet*
Cras domus, aut eadem [4] *plumbo commiſſa manebit.*
Senſit Alexander, teſta cum vidit in illa
[5] *Magnum habitatorem, quanto* [6] *felicior hic, qui*
Nil cuperet, quàm qui [7] *totum ſibi poſceret* [7] *orbem,*
Paſſurus geſtis æquanda pericula rebus.
[8] *Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia, ſed te*
Nos facimus Fortuna deam, menſura tamen quæ
Sufficiat cenſus, ſi quis me conſulat, edam:
In quantum ſitis, atque fames, & frigora poſcunt,
Quantum [9] *Epicure tibi paruis ſuffecit in hortis,*
Quantum [10] *Socratici ceperunt* [11] *antè penates,*
Nunquam aliud natura, aliud ſapientia dicit.
[12] *Acribus exemplis videor te claudere. miſce*
Ergo aliquid [13] *noſtris de moribus, effice* [14] *ſummam*
Bis ſeptem ordinibus, quam lex dignatur Othonis,
Hæc quoque ſi [15] *rugam trahit, extenditq; labellum:*
Sume [16] *duos equites, fac tertia quadringenta:*
Si nondum impleui gremium, ſi panditur vltrà:
Nec Cræſi fortuna vnquam, nec Perſica regna
Sufficient animo, nec diuitiæ [17] *Narciſſi,*
Indulſit Cæſar cui Claudius omnia, [18] *cuius*
Paruit imperijs vxorem occidere iuſſus.

99 Sat. 11. v. 123.
1 Eadem Sat. v. 92.
2 Dolia fictilia. Plin. 35. l. 12. c.
3 Diogenis & aliorum Cynicorum.
4 Per ferruminationem, aut plumbationem, μολυβδωσιν.
5 Diogenem affectibus maiorem.
6 Alludit ad id, *Alexander niſi eſſem, Diogenes eſſe vellem.*
7 Imo plures, Sat. 10. v. 168.
8 Eadem Sat. 10. v. 368.
9 Qui hortum colens, olere, polentâ & aquâ contentus cum ipſo Ioue de felicitate contenderit.
10 Frugalis Socratis domus.
11 Ante Epicurum.
12 Si te intra horum frugalitatis terminos coangeſtem.
13 Liberius indulgeo opibus accumulandis & velificare dignitijs, quod nos hodie facimus.
14 Sat. 2. verſ. 124.
15 Non tibi arrideat, ſed te cogat, quod dicitur Anglicè, **to bend the brow and hang the lip.**
16 Duorum equitum cenſus, octingenta H. S. noſtræ monetæ 6250. lb.
17 Liberti Claudij ditiſſimi.
18 Neque n. Claudius Meſſalinam vxorem quæ nupſit Silio, Sat. 10. ver. 330. interfeciſſet, niſi properaſſet, & quodammodo imperaſſet Narciſſus, Tacit. Annal. 11.

SATY-

SATYRA XV.

AEgyptiorum superstitionem ridet. mox crudelitatem eorum execratus narrat quàm auidè quidam ex AEgyptijs hostem captum discerpserint crudumque vorauerint.

* Σίζυροι μέντοι κροκοδείλους, κύνας, αἰλούρους, λύκους: πλωτὰ, ἰχθύων &c. Philo Iud. lib. de decalogo, ratione vide apud Lucian. περὶ ἀσεβολογίας. τὸν ἄπιν οὐ μίμφει, &c. τὸν τράγον οὐ μένδητα, τὸν κροκόδειλον οὐ τὴν Μυενδὸς λίμνην. Diod. Sic. l. 1. Οἱ μὲν γὰρ κάλλιστοι &c.

QVis nescit Volusi Bithynice,* qualia demens
Ægyptus portenta colat? Crocodilon adorat
Pars haec: illa [1] pauet saturam serpentibus [2] Ibin.
Effigies [3] sacri nitet aurea [3] Cercopitheci,
[4] Dimidio magicæ resonant vbi Memnone chordæ,
Atque [5] vetus Thebe centum iacet obruta portis.
Illic [6] cæruleos, hic piscem fluminis, illic
Oppida tota [7] canem venerantur, nemo [8] Dianam:
[9] Porrum & cepe nefas violare, ac frangere morsu.
O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis
Numina! [10] lanatis animalibus abstinet omnis
Mensa: nefas illic [11] fœtum iugulare capellæ:
Carnibus humanis vesci licet. attonito cùm
Tale super cœnam facinus narraret Vlysses
[12] Alcinoo, bilem aut risum fortasse [13] quibusdam

ἔνδον δὲ ἦν ζητᾷς τὸν θεὸν, ἢ πῶμά ἐστιν, ἢ ἴβις, ἢ τράγος, ἢ αἴλουρος. Lucian. εἰκόνες, & Pomp. Mela. l. 1. 1 Superstitiosè veneratur. vide Diod. Sic. l. 1. 2 Avem Ciconiæ similem, quæ angues & locustas vorat, atque hinc AEgyptijs numinis loco est. Plin. 8. c. 10. l. 3 Simiæ caudatæ, sacræ & pro Deo habitæ. 4 Vbi dimidia pars Colossi saxei Memnonis (altera n. pars motu terræ corruerat) solis Orientis radijs icta sonum vocalem citharæ edebat, magica (vt creditum est) arte. ἀκοῦσαι τὸ θαῦμας ὃν ἐκεῖνο τὸν Μέμνονα ἠχοῦντα, ὅταν ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον. Lucian. φιλοψευδ. & idem in τόξαρι. Pausan. in Atticis. Philostratus in Icon. ib. Plin. 36. l. 7. c. Strabo. 17. l. 5 A Busiride condita in AEgypto, ἑκατόμπυλον. vide & Sat. 13. 17. 6 Pisces maris cæruleos. vel lege AElianus, qui sunt è felium genere ὅμοιος τοῖς αἰλούροις θηρατικοὺς ἴχνευτας. Diod. Sic. 1. l. & Herodot. l. 2. & supra ex Luciano, & Philone *. 7 Anubin Sat. 6. 533. 8 Quæ tamen canum & venationis præses est. in vrbe tamen Bupastî coli eam tradit Herodot. 2. l. 9 Quod crescendi & minuendi vices habeat Lunæ contrarias, & alias abstinentiæ & consecrationis fructuum rationes, vide apud Diod. Sicul. 1. l. 10 Ouibus. 11 Hœdum. 12 Regi Phæacum in Corcyra, apud quem labores suos narrantem facit Vlyssem Homerus Odyss. 7, 8, 9. 13 Ex Phæacibus accumbentibus.

Mouc-

Mouerat vt mendax [14] *aretalogus.* [15] *in mare nemo*
Hunc abicit, ſæua dignum [16] *veráque Charybdi,*
Fingentem [17] *immanes Læſtrygonas, & Cyclopas?*
Nam [18] *citius Scyllam, vel* [19] *concurrentia ſaxa*
Cyanes, [20] *plenos & tempeſtatibus vtres*
Crediderim, aut tenui [21] *percuſſum verbere Circes:*
Et cum remigibus grunniſſe Elpenora porcis.
[22] *Tam vani capitis populum Phæaca putauit?*
Sic aliquis meritò nondum ebrius, & minimum qui
De [23] *Corcyræa temetum deduxerat vrna:*
Solus enim hoc Ithacus [24] *nullo ſub teſte canebat.*
Nos miranda quidem, ſed nuper conſule Vinco
Geſta ſuper [25] *calidæ referemus mœnia* [26] *Copti;*
Nos vulgi ſcelus, & cunctis grauiora [27] *cothurnis.*
Nam ſcelus [28] *à Pyrrha quanquam omnia* [29] *ſyrmata voluas*
Nullus apud tragicos populus facit. accipe noſtro
Dira quod exemplum feritas produxerit æuo.
Inter finitimos vetus, atque antiqua ſimultas,
Immortale odium, & nunquam ſanabile vulnus
Ardet adhuc [30] *Combos, &* [31] *Tentyra. ſummus vtrin-*
Inde furor vulgo, quòd numina vicinorum (que
Odit vterque locus, quum ſolos credat habendos
Eſſe deos, quos ipſe colit: ſed tempore feſto
[32] *Alterius populi rapienda* [33] *occaſio cunctis*
Viſa [34] *inimicorum primoribus, ac ductibus, ne*
[35] *Lætum, hilaremque diem, ne magne gaudia cœnæ*
Sentiret poſitis ad templa & compita menſis,
[36] *Peruigilio, thoro, quem nocte ac luce iacentem*

14 Placentia natans ab ἀρίτης, gratus. Turneb. 10. 12. Caſaubonus tamen ad Suetonij Auguſt. c. 74. *aretalogos* exponit, *parasitos philosophos*, & quos Seneca epiſt. 29. vocauit *circulatores philosophos*, qui in conuiuijs lautiorum, quæ frequentabant, de virtutibus & vitijs diceptabant, qualem Antidoti refert Athenæus l. 6. c. 9. vide etiam quæ Ioſ. Scal. ad Auſonium, lib. 1. c. 5.

15 *Quaſi dicat Phæacum principem in. dignum Vlyſſem.*

16 Non quaſi eam eſſe fingit, voraginem naues abſorbentem, ſed vera tamen exiſtimandum.

17 Portum in Italia & in Sicilia eſſe quæ circuitum inuentis referuntur.

18 Citius hæc credideris quam eſſe ἀνυπερβάτους.

19 Scopulos ſub Thracio Boſphoro, qui non multum à ſe inuicem diſtantes nauigantibus concurrere videntur, dicuntur & Symplegades.

20 Ventos in vtre incluſos Vlyſſi ab AEolo datos.

21 Elp. enim alijs remigibus Circes virga tactus, in porcos & alias pecudes mutatus.

22 Tam nullius cerebri craſsique ingenij eſſe nos.

23 Vinum Corcyræ inſ. Pharacum in mari Ionio. *Corfu.*

24 Vt qui ſolus enarrarit.

25 Quæ Tropico ſubiacet.

26 Commune Arabum & AEgyptiorum emporij.

27 Tragœdijs cothurnatis.

28 A diluuio.

29 Tragœdias, Sat. 8 129.

30 Immortale odium ardet inter finitimos AEgyptiorum vrbes *Ombos* (ſic enim malo legere cum Ortelio) cuius vrbis incolæ crocodilum colunt: &

31 —Tentyra ciuitatem AEgypti, vbi Crocodilus interficitur, Accipiter colitur.

32 Occaſio.

33 Aggrediendi & deprehendendi.

34 Tentyritarum.

35 Feſtum.

36 Septem dierum ac noctium epulis ac vigilijs celebrato.

Septimus interea sol inuenit. horrida sanè
37 *AEgyptus! sed luxuriâ, quantum ipse notauit,*
Barbara famoso non cedit turba 38 *Canopo.*
Adde quod & facilis victoria de 39 *madidis, &*
39 *Blæsis, atque mero titubantibus. inde virorum*
Saltatus 40 *nigro tibicine, qualia cumque*
Vnguenta, & flores multæque in fronte coronæ:
41 *Hinc ieiunum odium. sed turgia prima sonare*
Incipiunt animis ardentibus: 42 *hæc tuba rixæ,*
Dehinc clamore pari concurritur, & vice teli
Sæuit nuda manus, paucæ sine vulnere malæ,
Vix cuiquam aut nulli toto certamine nasus
Integer, aspiceres iam cuncta per agmina vultus
Dimidios, * *alias facies, & hiantia ruptis*
Ossa genis, plenos oculorum sanguine pugnos.
Ludere se credunt ipsi tamen, & pueriles
Exercere acies, 43 *quòd nulla cadauera calcent.*
Et sanè 44 *quò tot vixantis millia turbæ*
Si viuunt omnes? ergo acrior impetus, & iam
Saxa inclinatis per humum quæsita lacertis
Incipiunt torquere, 45 *domestica seditione*
Tela: nec 46 *hunc lapidem, quali* 47 *se Turnus* 48 *& Aiax*
Et quo 48 *Tydides percussit pondere coxam*
Æneæ, sed quem valeant emittere dextræ,
Illis dissimiles, & nostro tempore natæ.
50 *Nam genus hoc viuo iam decrescebat Homero.*
Terra malos homines nunc educat, atq; pusillos.
Ergo deus quicunq, aspexit, 51 *ridet, & odit.*
52 *A diuerticulo repetatur fabula, postquam*
Subsidijs auctis, 53 *pars altera promere ferrum*
Audet, & infestis pugnam instaurare sagittis,
Terga fugæ celeri præstantibus omnibus instant,
53 *Qui vicina colunt umbrosæ* 54 *Tentyra palmæ.*

37 Hæc pars AEgypti, in qua ego sum, vel, in qua Ombus & Tentyra sita sunt.
38 Nequissimæ ciuitati, in qua Serapidis templum. vide Sat. 1. v. 26.
39 De Ombi incolis ebrijs.
40 Arabe, AEthiope.
41 A Tentyritis.
42 Iurgia pro tubis sunt quæ animos vtrinque acuant.
* Facies truncatas, cruore & vulneribus ita immutatas, vt non agnoscas easdem esse.
43 Quandiu neminem interfectum perspiciunt.
44 Quorsum vero hæc pugna sine cæde?
45 Seditiosis ad manum *sáxque faces & saxa volant.* AEn. Virg. 1.
46 Non quantum olim.
47 AEneid. 12. *Saxum circumspicit ingens, &c.*
48 Iliad. 7. Λίθον μέλανα, τρηχύν τε, μέγαν τε.
49 Iliad. 5. ὁ δὲ χερμάδιον λάβε χειρὶ Τυδείδης, μέγα ἔργον.
50 Quod & ipse Homerus de suo tempore fatetur, ὃ δὲ δύο ἀνδρε φέρεσιν Οἷοι νῦν βροτοὶ εἰσιν. ibidem. meminit & Plin. 7. l. 16. c.
51 Ridet pusillos, oditque malos.
52 A digressiuncula reuertamur ad historiam pugnæ.
53 Tentyritæ.
54 Accus. plur.

Labitur

Labitur hîc quidam, nimia formidine cursum
Præcipitans, capitúrque: ast illum in plurima sectum
Frusta, ac particulas, vt multis mortuus vnus
Sufficeret, totum corrosis ossibus edit
Victrix turba: nec ardenti decoxit abeno,
Aut verubus: longum vsque adeo tardúmq; putauit
Expectare focos, contenta cadauere crudo.
Hinc gaudere libet, quòd non violauerit ignem,
Quem summa cœli [55] *raptum de parte Prometheus*
Donauit terris. elemento gratulor, [56] *& te*
Exultare reor: sed qui mordere cadauer
Sustinuit, nihil vnquam hac carne libentius edit.
Nam scelere in tanto ne quæras & dubites an
Prima voluptatem gula senserit, vltimus autem
Qui stetit absumpto iam toto corpore, ductis
Per terram digitis, aliquid de sanguine gustat.
[57] *Vascones, vt fama est alimentis talibus vsi*
Produxere animas: sed res diuersa, sed illic
[58] *Fortunæ inuidia est, bellorumq; vltima, casus*
Extremi, longæ dira obsidionis egestas.
Huius enim, quod nunc agitur, miserabile debet
Exemplum esse cibi. sicut [59] *modo dicta mihi gens*
Post omnes herbas, post cuncta animalia, quicquid
Cogebat [60] *vacui ventris* [60] *furor, hostibus ipsis*
Pallorem, ac maciem, & [61] *tenues miserantibus artus,*
Membra aliena fame lacerabant, [62] *esse parati*
Et sua. quisnam hominũ veniam dare, quisue deorũ
[63] *Viribus abnuerit dira atque immania passis,*
Et quibus ipsorum poterant ignoscere manes,
Quorum corporibus vescebantur? melius nos
[64] *Zenonis præcepta monent,* nec enim omnia, quę-
Pro vita facienda putat: [65] *sed Cantaber vnde (dam*
Stoicus, antiqui præsertim ætate [66] *Metelli?*

55 Surreptum Ioui à Prometheo in concana ferula.

56 Te ô ignis tibi, vel, te ô Volusi igni gratulari credo, qui tã infãdi sceleris officio non sinerit violatus. ὦ πῦρ σοὶ χαίρω, inquit Persa ille in epigr. Dioscorid. Anthol. l. 1. c. 13. Persæ autem & Chaldæi ignem venerabantur inter summa nomina, vt & aquam, tanquam rerum principia. Ab his, per Troianos, perpetuus ille ignis Vestæ sacer fluxit ad Romanos.

57 Calagutis vrbs Vasconum pop. Hispaniæ citerioris ad Gallicum & Britannicum Oceanum à Pompeio & Metello obsessa nihil non durum & in fame miserum experta est. Luc. Flor. 3. l. 22. c. Val. Max. 7. l. 6. c. Oros. 5. l. 23. c.

58 Non naturæ autmorum.

59 Vascones.

60 Fames.

61 Ex inedia.

62 Edere.

63 Viris tam fortibus, legum & vrbibus.

64 Stoicæ disciplinæ patris, qui docet omnia pro vita non esse facienda.

65 Vnde verò Stoicum hoc notum haberent rudes illi Cantabri?

66 Q. Metelli Pii à Sulla dictatore contra Sertorium in Lusitaniam & Celtiberiam missi. cui postea additus à senatu fuit Pompeius. Luc. Florus 3. l. 22. c.

Biscayners.

Hinc a, se in Galliam transtulere Vascones, qui hodie **Gascons.**

Nunc totus [67] *Graias, noſtráſque habet orbis* [67] *Athenas.*

[68] *Gallia cauſidicos docuit facunda Britannos,*
De conducendo loquitur iam rhetore [69] *Thule.*
Nobilis ille tamen [70] *populus, quem diximus, & par*
Virtute atque fide: ſed maior clade [71] *Saguntus*
[72] *Tale quid excuſat.* [73] *Mæotide ſæuior ara*
Ægyptus, quippe illa nefandi Taurica ſacri
Inuentrix, homines [74] *(vt iam quæ carmina tradunt*
Digna fide credas) tamen immolat, [75] *vlterius nil*
Aut grauius cultro timet hoſtia. quis modo caſus
Impulit hos? quæ tanta fames, infeſtaq́; [76] *vallo*
Arma coegerunt, tam deteſtabile monſtrum
Audere? an ne aliam terra [77] *Memphitide ſicca*
[78] *Inuidiam facerent nolenti ſurgere Nilo?*
Qua nec terribiles [79] *Cimbri, nec* [80] *Britones vnquam*
[81] *Sauromataeq́; truces, aut immanes* [82] *Agathyrſi,*
Hac ſæuit rabie imbelle, & inutile [83] *vulgus*
Paruula [84] *fictilibus ſolitum dare vela phaſelis,*
Et breuibus pictæ remis incumbere teſtæ.
Nec pœnam ſceleri inuenies, nec digna parabis
Supplicia his populis, in quorum mente pares ſunt
Et ſimiles, ira atque fames. Molliſſima corda,
Humano generi dare ſe natura fatetur,
Quæ lacrymas dedit, [85] hæc noſtri pars optima ſenſus.
Plorare ergo iubet cauſam lugentis amici,
Squaloremq́; rei, pupillum ad iura vocantem
[86] *Circunſcriptorem, cuius manantia fletu*
[87] *Ora puellares faciunt incerta capilli.*
Naturæ imperio gemimus, cum funus adultæ
Virginis occurrit, vel terra clauditur infans,

67 Græcas & Romanas literas atque Philoſophiam.
68 Sat. 1. v. 45.
69 Oceani ſeptentrionalis inſula ſupra Orcadas, nonnullis **Island.** Ortelio **Tellemarke.** qui Norvegiæ tractus.
70 Vaſcones.
71 Ciuitas vltra Iberum in Hiſpania Rom. ſocia, ab Hannibale expugnata. *Morvedre.*
72 Cuius ciues ſi humanis veſcerentur carnibus excuſandi ſunt: huc obſidione, conſtantia fide adducti, ſed AEgypt. &c.
73 Arâ Tauricæ Dianæ in Scythia ad Mæotim lacum, in qua viui immolabantur hoſpites. Diod. Sic. 4. l. 3. c.
74 Illa à Poetis decantata poſſe vera eſſe, cum multa videamus immaniora fieri in AEgypto.
75 Non timet ne edatur qui immolatur.
76 Obſidione.
77 AEgyptia. Memphis n. nobilis AEgypti ciuitas *Graſſ Cairo.*
78 Poſſentne facinore crudeliori irritare Nilum non inundantem ficcam AEgyptum, quàm hoc quod fuaſit Buſiridi Thraſius?
79 Sat. 8. verſ. 249.
80 Pop. Galliæ Celticæ, Armorici, **Britons.**
81 Sat. 2. v. 1.
82 Pop. Scythiæ. *Virg. pictique Agathyrſi.*
83 Tenuitatem?
AEgyptiorum.
84 Teſtaceis nauiculis.
85 Miſericordia.
86 Tutorem qui decepit pupillum.
87 Ambiguum vultum, puer ne ſit, an puella.

Et[88] *minor igne rogi.*[89] quis enim bonus, aut [90]*face dignus*
Arcana, qualem Cereris vult esse sacerdos,
Vlla aliena sibi credat mala? separat hæc nos
A grege mutorum, atque ideo venerabile soli
Sortiti ingenium, diuinorumque capaces,
Atque exercendis capiendisque artibus apti
Sensum à cœlesti demissum traximus arce,
Cuius egent[91] *prona & terram spectantia. mundi*
Principio indulsit communis conditor illis
Tantùm[92] *animas, nobis*[93] *animum quoque, mutuus vt nos*
Affectus petere auxilium, & præstare iuberet,
Dispersos trahere in populum, &[94] *migrare vetusto*
De nemore, &[94] *proauis habitatas linquere syluas,*
Ædificare domos, laribus coniungere nostris
Tectum aliud, tutos vicino limine somnos
Vt collata daret fiducia, protegere armis
Lapsum, aut ingenti nutantem vulnere ciuem,
Communi dare signa tuba, defendier ijsdem
Turribus, atque vna portarum claue teneri.
Sed iam serpentum maior concordia. parcit
Cognatis maculis similis fera. quando leoni
Fortior eripuit vitam leo? quo nemore vnquam
Expirauit aper maioris dentibus apri?
Indica Tigris agit rabida cum Tigride pacem
Perpetuam: sæuis inter se conuenit vrsis.
Ast homini ferrum letale incude nefanda
Produxisse parum est, cum[96] *rastra & sarcula tan-*
Assueti coquere, & * *marris, ac* * *vomere lassi (tùm*
Nescierint primi gladios excudere fabri.
Aspicimus[97] *populos, quorum non sufficit iræ*
Occidisse aliquem, sed pectora, brachia, vultum
Crediderint genus esse cibi. quid diceret ergo,
Vel[98] *quò non fugeret, si nunc hæc monstra videret*

88 Infantes antè natos dentes defuncti, non comburebantur. *Plutarch. in solatio ad Apollon.* sed reconduntur in suggrundario.

89 Quis bonus non cogitet sibi accidere posse quod alteri accidit?

90 Castus & pius, qui in currentes facem inextinctam tenebant eligebantur vt integerrimi ad sacra Cereris. Sat. 6. v. 30. qualem se vel suos esse vult Cereris sacerdos.

91 Pecudes.

92 Vegetatiuam & sensitiuam.

93 Rationem, mentem.

94 Relinquere syluas in quibus primò homines viuebant, atque domos & oppida condere. Hæc omnia quæ Aristot. Cicero, Horatius, aliique accepta referunt orationi & eloquio, coquus Atheniensis tribuit coquinariæ, referente Athenæo l. 14. c. 23. nec ab arte sua recessit, vt aiunt.

95 Pardus aut Lynx pareit pardis & lyncibus.

96 Instrumentum rusticum.

97 Tenuitas.

98 Ne videam.

99 Ne iniuriam faceret humanæ animæ, quæ per μετεμψυχωσιν, quam ille somniauit, in bruta migrasse posset.

Pythagoras? 99 *cunctis animalibus abstinuit qui*
Tanquam homine, & ventri indulsit 1 *non omne legumen?*

1 Fabis quippe abstinuisse fertur. ἐστὶ δὲ αὐτῷ, καὶ θαυμαστὴ ἀνθρώπου φύσις. αὐτὸν μὲν γὰρ τὸ πᾶν χρὴ εἶναι. καὶ ἦν δυνατὸν κύαμον ἔτι χλωρὸν ἐσθίειν, ὅ ἐστι τοῖς ἀνδρείοις μοιρίοις ἐμφερὲς τὴν φύσιν. ἐψηθέντα δὲ ἧττον ἐπαφῆς ἐς τὴν σελλωαίλιν συζῆ μεμεστερμένησιν, αἷμα ποιήσεις. Pythag apud Lucian. βίων πρᾶσις. Ijs tamen visum esse Aristoxenus scripsit, referente Gellio.

SATYRA XVI.

Militiæ cõmoda & priuilegia dum Ironicè laudat, nimiam militum & insolentiam taxat. *Satyram hanc plerique Iuuenali abiudicant.*

1 Si mihi militiæ stipendia auspicanti benigna affulserit constellatio, non dubitem etiam à puero omnem in castris ætatem degere.

Quis numerare queat felicis præmia Galle
Militiæ? nam 1 *si iubeantur prospera castra,*
Me pauidum excipiet tyronem porta secundo
Sidere. plus etenim fati valet hora benigni,
Quàm si nos 2 *Veneris cõmendet epistola Marti,*
Et 3 *Samiâ genitrix quæ delectatur arenâ.*
Commoda tractemus primum communia. quorum
Haud minimum illud erit, ne te pulsare 4 *togatus*
Audeat: immò & si pulsetur, dissimulet, nec
Audeat 5 *excussos prætori ostendere dentes,*
Et 6 *nigram in facie tumidis liuoribus offam,*
Atque oculos medico 7 *nil promittente relictos.*
Bardiacus 8 *iudex datur hæc punire* 9 *volenti,*
Calceus & grandes magna 10 *ad subsellia* 11 *suræ,*
Legibus antiquis castrorum, & 12 *more Camilli*
Seruato, miles ne vallum litiget extra,
Et procul à signis. iustissima Centurionum
Cognitio est igitur de milite, nec mihi decrit
Vltio 13 *si iustæ defertur causa querelæ:*
Tota cohors tamen est inimica, omnésque 14 *manipli*

2 Marti dilectæ.
3 Iuno Martis mater, quæ gaudet Samo insula arenosa maris Ionij.
4 Immunis à militia.
5 A te perrixam.
6 Vibicem & liuidum ex ictu tumorem.
7 Nil salutis aut remedij.
8 Centurio. Bardiaco, i. cilicio sago indutus. vel, militaris, barbarus, à Bardæis Illyrici pop. Turneb 23. 15.
9 Illi togato.
10 Cuius ad subsellia pendent caligæ, Sat. 3. v. 322.
11 Tibialia, ocreæ.
12 Ex instituto Camilli in obsidione Veiorum.
13 Etiamsi iustâ causâ me defendat.
14 Milites manipulares qui idem signum sequuntur.

Com-

Consensu magno [15] *afficiunt.* [16] *curabilis, vt sit*
[17] *Vindicta grauior, quàm* [18] *iniuria?* [19] *dignum erit*
Declamatoris Mutinensis corde Vagelli. (*ergo*
Cum [20] *duo crura habeas offendere tot caligatos,*
Millia clauorum. [22] *quis tam procul absit ab vrbe?*
Præterea, quis tam [23] *Pylades,* [24] *molem aggeris vltra*
Vt veniat? lacrymæ siccentur protinus, & se,
[25] *Excusaturos non solicitemus amicos.*
Da testem, iudex quem dixerit, audeat ille
[26] *Nescio quis,* [27] *pugnos vidit qui, dicere, vidi,*
Et [28] *credam dignum barba, dignumq; capillis*
Maiorum. citius falsum prodacere testem
Contra [29] *paganum possis, quàm vera loquentem*
Contra fortunam armati, contraq; pudorem.
Præmia nunc alia, atque alia emolumenta notemus
[30] *Sacramentorum. conuallem riuis auiti*
Improbus aut campum [31] *mihi si vicinus ademit,*
Aut [32] *sacrum effodit medio de limite* [32] *saxum,*
[33] *Quod mea cum vetulo coluit puls annua libo:*
Debitor aut sumptos pergit non reddere nummos,
[34] *Vana superuacui dicens chirographa ligni,*
Expectandus erit, qui lites inchoet, [35] *annus*
Totius populi: sed tunc quoque mille ferenda
Tædia, mille moræ, toties [36] *subsellia tantum*
Sternuntur. iam facundo [37] *ponente lacernas*
Cæditio, & Fusco iam [38] *micturiente parati*
[39] *Digredimur, lentaq; fori pugnamus* [40] *arena.*
Ast [41] *illis, quos arma tegunt, & balteus ambit,*
Quod placitum est illis præstatur tempus agendi,
Nec res atteritur longo [42] *sufflamine litis.*

15 Querelam deferenti.
16 Otiosati.
17 Petita.
18 Iam accepta.
19 Opus est audacia Vagellij è Mutina cuiusdam temerarij causidici.
20 In quibus tot militum clamores. Sat. 3. 248.
21 *Appositum.*
22 Quis tam ciuilis inter milites iniurias nescit?
23 Tam fidus amicus tibi (qualis erat Pylades Orestis.)
24 Qui veniat in castra testis contra militem.
25 Ne veniant testatum, quò non audent.
26 Si quis sit, vel nemo opinor.
27 Qui vidit rixam & verbera, testari se vidisse.
28 Iudicabo illum antiquæ illius incomptę & incorruptæ grauitatis & fidei esse.
29 Rusticum, militig non adscriptum.
30 Militum ius iurando asseruatorum.
31 Togato.
32 Agri limitem, quem loco mouere execrandum erat, Ioui sc. Terminali sacrum, nec ipsi Ioui cedentem.
33 Supra quod quotannis Ioui Terminali pultes & libum sacrificabam. 34 Sat. 13. 137. *Idem versus.* 35 Anni certum tempus quo conueniant iudices, & totius populi causæ agi incipiant. vide Pithoei Aduersar. c. 10. 36 Subsellia Tribunorum & quæstorum ad iudicia sternuntur: & mouentur causæ, sed nihil promouetur. 37 Agendo, vel expectando defatigato. 38 Micturiente vt fiat mora. vitur. 39 Ita actio vt prode Macrob. 3. Saturnal. 16. cap. *Iudex testes poscit, ipsum it millum, &c.* 40 Ita dicta quòd Macrob. 3. Saturnal. 16. cap. *Iudex testes poscit, ipsum it millum, &c.* 41 Militibus. 42 Litis mora & oppositione. Sat. 8. 148. lium nocte interueniente dirimitur. *Alcinoum meam, vt prælia solet, nox diremit.* Plin. epist. 29. l. 7. 40 Metaph.

43 Testamenta condendi.
44 Militem strenuum Imperatoris vexilla sequentem.
45 Stipendium.
46 Vt ab eo scribatur heres.
47 Ex equo & merito redditur honos labori.
48 Immo è re & dignitate Imperatoris est virtutem militis præmijs honorare.
49 Aureis, militaribus donis. Sen. de Benef. l. 1. c. 3.

Solis præterea [43] testandi militibus ius
Viuo patre datur: nam quæ sunt parta labore
Militiæ, placuit non esse in corpore census,
Omne tenet cuius regimen pater. ergo [44] Coranum
Signorum comitem, castrorumq; [45] æra merentem
Quamuis iã tremulus [46] captat pater, [47] hunc labor
Prouehit, & pulchro reddit sua dona labori. (æquus
[48] Ipsius certe ducis hoc referre videtur,
Vt qui fortis erit, sit felicissimus idem,
Vt læti phaleris omnes, & [49] torquibus omnes.

Iun. Iuuen. finis.

Thomæ Farnabio.

Carminibus tibi verba dedi, vel carmina verbis;
Carmina sed mallem, quam tibi verba dare.
Tu mihi das sensus, ego do tibi verba Poetæ.
Meq; ama, amaq; mea; vt teq; amo, amoq; tua.

[1] Vates. [2] Hypocritæ. [3] Roma vrbs. [4] Rhombus. [5] parasitus.
[6] Nuptæ. [7] ars sordet. [8] nobilitas vera. [9] impia. [10] vetat.
[11] Cœna. [12] redux. [13] deposita. [14] parens. [15] Ægyptia. [16] miles.

Tuus, Rodolphus Gitãus.

AVLI PERSII FLACCI SATYRÆ SEX.

1 *Vates.* 2 *vota.* 3 *ignauus.* 4 *princeps.* 5 *liber.* 6 *auarus.*

LONDINI,
Excudebat Richardus Field impensis Guilielmi Welby.
1615.

Auli Perſij Flacci vita.

AVlus Perſius Flaccus pridie Nonas Decembris, Fabio Priſco, Lucio Vitellio conſulibus, anno Tiberij viceſimo, natus eſt Volaterris Etruriæ ciuitate, qui à patre equite pupillus relictus bonis literis operam dedit ad duodecimum ætatis annum Volaterris. deinde Romę apud Rhemnium Palæmonem Grammaticum & Virginium Flauium Rhetorem: annorum vero ſedecim tradidit ſe Annæo Cornuto qui Romę Stoicam profeſſus philoſophiam iuuentuti ad ſapientiæ ſtudium præibat. deceſſit ſtomachi vitio, ad octauum in via Appia miliarium in ſuis prędijs, octauo Cal. decembris, Rubrio Mario, Aſinio Gallo coſſ. anno Neronis octauo, cum viriſſet annos viginti octo.

CVm Iuuenale tuo, Farnabi, Perſius exit,
Atque affectatis eruitur tenebris.
Quem legat, & quondam neglectum intelligat ille
Qui Stridone ſatus, nomine ſanctus erat.

B. I.

AVLI PERSII FLACCI SATYRÆ SEX.

PROLOGVS.

Scribunt epica, dramatica, lyrica, & id genus poemata alij ex εὐδοτιμήσεως opinione, gloriolæ fumo, victus egestate, lucri spe poetæ facti: ego autem satyras, non tam ad poesin ingenio natus, quàm temporum corruptione huc adactus.

NEc fonte labra[1] prolui[2] Caballino:
Nec in[3] bicipiti[4] somniasse[5] Parnasso
Memini, vt repente[6] sic poeta prodirem.
[7] Heliconidasque, [8] pallidamq; [9] Pirenem
[10] Illis remitto, quorum imagines lambunt
Hederæ[11] sequaces: ipse[12] semipaganus,
Ad[13] sacra vatum carmen affero nostrum.
[14] Quis expediuit psittaco suum χαῖρε,
Picasque docuit verba nostra[15] conari?

1 Non aurium tenus ingurgitando immersi, non plenè hausi, immò ne primoribus quidem labris libaui Mutarum fontes. Atque hic perstringi Hesiodum volunt, qui se quidem à musis doctum canit in Theogonia: Hippocrenen hausisse nusquam, quod reperio, hoc tamen ipsi omnibus hic vitio dat Persius verbi-

attribuit illi Asclepiades l. 4. Antholog c. 27. & Antipater l. 2. Anthol c. 47. verùm hoc de Ennio refert Propert. 3. l. 2. el. 2 Equino, quem vngula Pegasum aperuisse fabulantur, hinc Hippocrenen dictum. *Bellerophontei qua fluit humor equi.* Propert. 3. l. 2. el. 3 Duos habente vertices, Tithorea sc. & Hyampeum. 4 Vt Ennius, qui Homeri animam in se migrasse somniauit. Ipse in Annal. & Epicharmo. 5 Monte Phocidos Baccho & Apollini sacro. 6 Afflato diuino ex hausto fontis sacri & quasi per somnium. 7 Grandisonum hunc fastum, *vel*, ipsas Musas ab Helicone Baeotiæ monte dictas. 8 A luctu Pirenæ, custum, *vel*, ipsas Musas ab Helicone Baeotiæ monte dictas. 8 A luctu Pirenæ, custum, *vel*, ipsas Musas ab Helicone Baeotiæ monte dictas. 8 A luctu Pirenæ, cuius ex lacrymis manauit ille fons, *vel*, ab effectu, pallorem innuit è studio diuturno contractum. 9 Fontem in Acrocorintho Musis sacrum. 10 Poetis, quorum statuas in bibliothecam Apollinis receptas hederæ cingant. 11 Errantes, adhærentes, *vel*, vltro delatæ, vt Fannio, *Horat. Sat. 4. lib. 1.* 12 Subrusticus, semipoeta, *al* satyricus, vtpote agrestis. 13 In ædem Camœnarum & Apollinis ab Augusto in Palatio extructam, vbi poetarum opera adseruabantur, *vel*, ad conuenticula sacrorum vatum priuata *sub* Nerone. 14 Vnde verò tot vbique poetæ? *vide argumentum Prologi supra.* & de psittaco, picaque cor

16 Nouerum sc. artificiorum magistra & inuentrix inopia. *Paupertas impulit audax vt versus facerem.* Hor. 2. epist. lib. 2.

17 A natura.

18 Quæ facit sequi. *Hellenism.*

16 *Magister artis, ingenijq; largitor*
Venter, 17 *negatas* 18 *artifex sequi voces.* 10
19 *Quòd si dolosi spes refulserit nummi,*
20 *Coruos poetas, & poetrias picas*
Cantare credas Pegaseium 21 *melos.*

19 Quòd si cui vlteriori præmij spes affulserit, quàm quæ ineptos plerosque ad poesin excitat egestas, & quæ parasiticos alios poetastros famelici ventris sagina — 20 Videbis hiante coruos factos poetas, & loquaces picas audies poetrias iam factas carmen tentare Pierium. 21 Choliambo huic στυγνὸν μόδιε χωλὸς manum porrigunt non pauci: atque σκάζον vt volunt sublenatum, alij geminando l. in *melos*, alij loco eius substituendo κέλαρ. Iratâ, credo, hisce μυοκλαγορίδων criticâ, qui auribus nectareum præbent scyphum. vide Ang Politiani Miscellan. c. 14. Sed & Scoppæ Collectan. c. 34. vbi ex autoritate Homeri & Martiani Capellæ asseritur priorem τὸ *melos* produci posse.

SATYRA I.

Reprehendit in nobilibus ipsoque in primis Nerone ambitiosam in poematis scribendis vanitatem, in quibus vt & in causis forensibus ad voluptatem & ostentationem, neglecto vero & honesto, obsoleta verba, figurarum pigmenta & rhythmicos numeros affectabant. Perstrictis itaque tùm auditorum, tùm recitantium mollitie, qualem suarum satyrarum lectorem velit, docet.

1 O quanta est hominum vbique in studijs, votis, & actionibus vanitas! Abruptum initium & planè Satyricum, videtur autem imitatus illud Lucretij ex principio 2. l. *O miseras hominum mentes, o pectora cæca!*

P.[1] *O curas hominum! o quantum est in rebus inane!*

2 [M. *Quis leget* [3] *hæc?* P. *min' tu istud ais?* M. *nemo hercule.* P. *nemo?*

M. [4] *Vel duo, vel nemo. turpe &* [5] *miserabile.* P. *quare?*

[6] *Ne mihi Polydamas, & Troïades* [7] *Labeonem*
Prætulerint? [8] *nugæ. non, si quid* [9] *turbida Roma*

2 Progressurum in Satyra poetam (introductus ex Horatianâ imitatione 1. Sat. 2. l.) monitor interpellat, eum à scribendâ Satyrâ dehortatus, M itaque monitorem designabit, P. Poetam. 3 Has Satyras. 4 Pauci adeò. 5 Miserè tibi peribit poema quod autori, nemine legente, nihil allaturum sit gloriæ. 6 Hoccine adeò miserum est, si vt Hector quondam verebatur ne Polydamas fil. Antenoris, Troës & Troianæ mulieres ἑλκεσίπεπλοι (Homer. Il. χ) ipsum Achille inferiorem ceseserent, si se reciperet intra muros cum cæteris Troianis, ego itidem vererer, ne Nero & molles atque effœminati Troiugenæ prætulerint mihi — 7 — Actium Labeonem qui Iliada Homeri ineptè transtulit? 8 Nugæ mihi sunt imperitorum iudicia. 9 Præcipitis & corrupti sensus.

10 *Eleuet,*

[10] *Eleuet,* [12] *accedas: examénve improbum in illa*
Castiges trutina: [13] *nec te quæsiueris extra.*
Nam Romæ [14] *quis non? ah, si fas dicere! sed fas*
Tunc, [15] *cũ ad canitiẽ, & nostrũ* [16] *istud viuere triste*
Aspexi, & [17] *nucibus facimus quæcunque relictis,*
Cũ [18] *sapimus patruos: tunc, tũc.* [19] *ignoscite. M.* [20] *nolo:*
P. Quid faciã? sed sum petulanti [21] *splene cachinno.*]
Scribimus [22] *inclusi,* [23] *numeros ille,* [24] *hic pede liber,*
Grande aliquid [25] *quod pulmo animæ prælargus an-*
[26] *Scilicet hæc populo, *pexusq; togaq; recenti, (helet.*
Et [27] *natalitia tandem cum* [28] *sardonyche* [29] *albus,*
Sede leges celsa, liquido cum [30] *plasmate guttur*
Mobile collueris, [31] *patranti* [32] *fractus ocello.*
Heic, neque more probo videas, [33] *neque voce serena*
Ingentes [34] *trepidare* [35] *Titos, cum carmina* [36] *lumbum*
Intrant, & tremulo [37] *scalpuntur vbi intima versu.*
[38] *Tun' vetule auriculis alienis colligis escas?*
Auriculis, quibus & dicas [39] *cute perditus,* [40] *ohe!*
[41] *Quò didicisse, nisi hoc* [42] *fermentum, & quæ semel*
Innata est, rupto [43] *iecore exierit* [44] *caprificus? (intus*

10 Pro vili & leuẽ habeat, *vel contra* ad sidera tollat.

11 Assentiaris, nec te iniquo Rom. iudicio censendum subijcias.

12 Tu te iudica, tibi sano & sapienti place, neque te ex opinione vulgi æstima.

13 Quis non se extra quærit *vel*, quis non est iniqui iudicij?

14 Cùm videam eos improbè agere qui nucibus & puerilibus nugis relictis virilem sumpserint togam—

15 —quos iam canos existentes lapidis operiuit, nec carminibus qui inuenum lusus sunt, immorari, vetulos versibus vacantes exagitat infra vers. 22. & Neroni hinc fuisse doctrinæ elementa autumat Tacitus 13. 4 mal.— 16 —Qui vita seueri volunt videri. *Hellenismus* viuere pro vita— 17 —Et rigidi aliorum censores sunt, vt patrui nepotum, *subinuida a. est reprehensio in prima persona*, videntur item hæc omnia abusque *sed fas Tunc* non inepte dici posse ex persona Monitoris poetam monentis, ne sibi iuuenis censoriam arripiat virgam, maioris fore autoritatis & ponderis si quando canorum & annorum grauitate spectabilis & verendus in vitia inueharetur. 18 Si vrbem Satyrico personam aceto. 19 Hoc æque iam ex poetæ personâ potest intelligi, fluctuantis & nolentis quidem, vt præ se fert, scribere, tandem vero vitâ victæ Romanorum, atque naturâ suâ in risum & rigidum cachinnum proclivi. 20 Qui quo maior intemperantiam risus ciet. sum itaque naturâ— 21 —irrisor, Satyricus. 22 In Musæo, secessu. *Qui facis in parua sublimia carmina cella.* Iuuen. 7. Sat. 18. v. 23 Carmina poeta. 24 Orator prosa. 25 Quod non sine anhelitu recitet, etiam cui pulmones validi. quæ spirandi instrumenta & officina 26 Scilicet, in studiorum finis vt laudaris, vt recites. * crines, vel togâ pexâ indutus. vide Mart. ep. 18. l. 2. 27 Natali die vel muneri missa vel gestari solita. 28 Annulo cui includitur Sardonyx. 29 Veste candida indutus. 30 Potione ad leniendam vocem. 31 Libidinanti & in lasciuiam profuse, vel quales Iuuenalis dixit, *oculósque in fine trementes*, Sat. 7. v. 243. 32 Solutus. 33 Turbida & confusa acclamatione. 34 Gestire, exilire. 35 Nobiles Romanos Titi & Marci prænomine insignes, vel Augustanos satellites à Nerone delectos. 36 Sedem libidinis, renes. 37 In libines, vel Augustanos satellites à Nerone delectos. 38 Quem tibi solidè sedinem excitata pruriunt, & titillantur præcordia obscœno versu. 39 Impudens, *vel*, studio aut etiam sapere oportuit, cu alijs voluptatem carminum paris? 40 Vox senis iuueniliter exultantis, & sibi in obscœno teneriosque nio cutem contractus. 41 Quid mihi profuerit didicisse, nisi hæc— carmine applaudentis. *& indulsit quæ sequuntur.* 42 —Scientia quæ me feruefacit & attollit, non secus ac massam fermentum— 43 —E secta scientiæ prodierit tandem in aliorum vsum, in meam laudem? 44 Gloriæ cupiditas. caprificus verò è muris erumpens saxa disiicit. Plin. 16. l. 19. Mart. 10. l. 2. ep. Iuuen. Sat. 10. v. 145.

45 *En pallor, seniumque. ô mores! vsque adeóne*
Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter?
At pulchrum est digito monstrari, & dicier, hic est.
46 *Tun' 47 cirratorum centum dictata fuisse*
Pro nihilo pendas? 48 Ecce inter pocula quærunt
49 *Romulidæ saturi, 50 quid dia poemata narrent.*
Heic aliquis, cui circum humeros hyacinthina 51 læna
Rancidulum quiddam 52 balba de nare locutus, (est,
53 Phyllidas, Hypsipylas, vatum & 54 plorabile si quid,
55 Eliquat, & tenero 56 supplantat verba palato.
Assensere 57 viri. 58 nunc non cinis ille poetæ
Felix? non 58 leuior cippus nunc imprimit ossa?
Laudant conuiuæ. nunc non è 59 manibus illis,
Nunc non è tumulo, fortunatáque fauilla
Nascentur 60 violæ? Rides (61 ait) & nimis 62 uncis
Naribus iudulges. an erit qui velle recuset
63 Os populi meruisse: & 64 cedro digna locutus,
Linquere: 65 nec scombros metuentia carmina, nec thus?
66 Quisquis es, ô modo quem ex aduerso dicere feci,
Non ego, cum scribo, si forte quid aptius exit,
67 Quando hæc rara auis est, si quid tamẽ aptius exit,
Laudari metuam: 68 neque enim mihi cornea fibra est

45 Ingenij hæc ostentatio, *inquit Poeta Iuuen.* amplas ijs merces est pallor is ex studio & perditæ senio cutis.

46 Inflat cute perditus poeta after inquiens. Dulcis tamen est fama & populi præconium, vbi praterentium digito monstror, atque puerorum manib⁹ in scholis teror. Nero a carmina sua publicè in scholis pta legi imperabat.

47 Puerorum mobilium illa in scholis ediscentium cirros, i. cincinnos alentium, qui ijs grandioribus tondebantur.

48 Laudem *respondet Poeta* volo, sed sobriam, non inter pocula & epulas à temulentis. Mart. l. 4.

49 Romani proceres, Romulo oriundi.

50 Ansam fabulandi.

51 Cui hyacinthina vestis qua in conuiuio & triclinio vti licebat, non in foro, accubitoria, à χλαῖνα. *nobilem a. & diuitem innuit.*

52 Emisso per nares spiritu. 53 Fabulas è triuio amatorias: Phyllidos amantis Thesea, & Hypsipyles Iasonem. 54 Elegiacum. 55 Liquida voce pronunciat. 56 Palato illidit & intingi **trippeth out,** vt blæse & dulcius sonent non viriliter. *Metaph. à luctatoribus.* 57 *Fron.* molles auditores adclamárunt, vide quæ ad Martial. ep. 1. l. 1. h. 58 Post illorum assentationes, annon illi mortuo ossa molliter quiescunt sub tenui & sine pondere terrâ? *Fronica.* vide quæ adnotaui ad vlt. vers. Hippolyti Senec. 59 Sepulchris. 60 Flores. *Iuuen Sat. 4. & in vrnis perpetuum ver.* quos è sepulchro natos, pacatæ & felicis defunctorum conditionis argumentum credebat superstitiosum vulgus. 61 *Ait Monitor.* 62 Crispanti naso nimis satyricè irrides. naso suspendis vt lance. Turneb. 4. 9. 63 Famam, laudem. 64 Carmina diuturnitatem & immortalitatem promerita, cedri a succo pernicta tineas & cariem non sentiunt. 65 Non metuentia ne aromatis & falsaci entis garo è scombris vel ipsis scombris *anchouis* involuendis mandentur. interpetas enim chartas manet hoc fatum, vt thuris piperisque fiant cucculi. Martial. ep. 2. & 19 l. 2. 66 Quisquis es *inquit Poeta* quem inducimodo me monentem & mihi obijcientem, capeiam animi mei sententiam manifestam. 67 Licet concinnum poema rara auis sit, & Phœnix alter. 68 Neque enim mihi est eorum, infensum, a' vitio &c.

69 Sed

69 Sed recti finémque extremúmque esse recuso
Euge tuum & Belle. 70 nam belle hoc excute totum.
71 Quid non intus habet? 72 Non heic est Ilias 73 Actî
74 Ebria 75 veratro, non si qua elegidia 76 crudi
Dictarunt proceres, non quicquid denique lectis
Scribitur in 77 citreis. 78 calidum scis ponere sumen,
79 Scis comitem horridulum trita donare lacerna:
Et, verum, inquis, amo, verum mihi dicito, de me
*[80 Qui pote? 81 Vis dicam? nugaris, 82 cum tibi calue
Pinguis aqualiculus propensos squipede extet.
83 O Iane, à tergo quem 84 nulla ciconia pinsit,
Nec 85 manus auriculas imitata est mobilis albas.
Nec linguæ, quantum 86 sitiat canis 87 Apula, tantum.
Ves ô 88 patricius sanguis, quos viuere fas est
89 Occipiti cæco, 90 posticæ occurrite sannæ] (molli
Quis populi sermo est? 91 quis enim? nisi carmina
Nunc demum numero fluere, 92 vt per lêue seueros
Effundat iunctura vngues. scit tendere versum
Non secus ac 93 si oculo rubricam dirigat vno:
Siue opus in 94 mores, in 95 luxum, in 96 prandia re-
gum,

69 Sed nego adclamationes tuas Euge, *belle* & quæ quibus vide quæ ad Martialis ep. 4. l. 1. 70 nego inquam laudationem tuam esse finem & scopum studiorum & actionum.

70 Si enim velis examinare & perpendere has adulatorum & sportulæ conductorum clientum acclamationes.

71 Quid non habet adulationis & vanitatis?

72 Verùm hoc meũ carmen non pro fine habet laudem, sed honestum & bonum, non itaque est Ilias.

73 —Labeonis, v. 4 supra.

74 Digna ellebore quod Labeonis insaniam & phrenesim purget. *vel* Ad quam scribendam Labeo tardum ingenium excitauit & coegit, sumpto—

75 —Elleboro albo quod cerebrum purgat acuitque. quod sumptitasse fertur Carneades aduersus Zenonis libros scripturus. 76 Gulosi temulenti, à cœna & poculi crudi stomacho. 77 Diuitum è citro factis triclinaribus, *aut etiam* lucubratoriis. 78 Dare cœnam lautam. (de fumine vide quæ ad Martial. l. 3. ep. 44. vide & epig. Οὐοβοεὺς μοι παρὰ δεῖς τίμων Antholog. l. 1. c. 40.) &— 79 —Vestes depexas clienti tenuiori. * *Septem sinum sequentes interrupti interserit Poeta.* 80 Qui fieri potest vt donis corrogatus verum dicat? 81 Vin' vt ego tuis largitionibus non corruptus verum dicam? 82 Cum tibi (ô calue & insolse) venter obesus instar aqualiculi prominens arguat ingenium obtusum, fieri potest vt subtile quod à te aut acutum expectemus? 83 Bifrons, i. sapiens qui vides τὰ ὄπισθεν καὶ ἔμπροσθεν, ô te beatum! 84 Nullus digitus in formam rostri ciconiæ incutit, pricketh. i. à tergo exterius deridet. 85 Asini aures intus albis pilis hirsutas, easdemque mobiles, quas exprimunt duo digiti extenti & moti. 86 Nec tantum linguæ quantum sitiens canis exerat. 87 Apuliæ intensus calor exiccat. 88 Senatorum filii, nobiles. 89 Absque oculis ab occipitio. 90 Derisioni à tergo obuiam ite, ab adulatore vobis canete. 91 *Respondet assentator numeribus corruptus.* Quis n. alius populi de te sermo est, quàm te esse exactissimum poetam omnibus numeris absolutum atque extra iudicii aleam positum? 92 Metaph. à marmorariis ducta qui inter expoliendum iunturæ leuitatem vngue explorant, ne qua sit scabrities vel asperitas. 93 Metaph. à fabris lignariis, qui ad amussim cretâ vel rubricâ notant quod fabrefactum & politum velint. idque clauso altero oculo, ne distracti radij male colliment. 94 Siue opus sit scribere Comœdiam quæ morum & vitæ humanæ speculum: siue— 95 —Satyram, quæ luxum, delicias aliaque vitia carpit. siue— 96 —Tragœdias, quarum argumenta prandia regum impia. vt Atrei, Thyestæ, Terei. immò grande & grane epicum carmen summa dexteritate, & arte scribere nouit noster poeta.

Dicere res grandes nostro dat musa poetæ.
Ecce modo heroas sensus afferre videmus
Nugari solitos Græcè, nec ponere lucum
Artifices, nec rus saturum laudare, vbi corbes,
Et focus, & porci, & fumosa Palilia fœno.
Vnde [1] *Remus, sulcóque terens dentalia,* [2] *Quinti,*
Quem [3] *trepida ante boues Dictatorem induit vxor:*
Et tua aratra domum lictor tulit. [4] *euge poeta,*
* *Est nunc* [5] *Brisæi quem* [6] *venosus liber Acci,*
Sunt quos Pacuuiúsque, & [7] *verrucosa* [8] *moretur*
[9] *Antiopa,* [10] *ærumnis cor lucti ficabile fulta.*
Hos pueris monitus patres infundere * *lippos*
Cum videas, quæríne, vnde hæc [11] *sartago loquendi*
Venerit in linguas? vnde istud dedecus, in quo
[12] *Trossulus exultat tibi per subsellia lœuis?*
[13] *Nilne pudet, capiti non posse pericula cano*
Pellere, quin [14] *tepidum hoc optes audire? decenter!*
[15] *Fur es,* [16] *ait Pedio:* [17] *Pedius quid? crimina* [18] *rasis*
[19] *Librat in antithetis.* [20] *doctas posuisse figuras*

97 Videmus Neronem & alios inquit Poeta qui solebant è Græcis transferre & certamina artium in ludos Græcis inire, modò audere & proferre heroica argumenta, cuiusmodi sunt Troica Neronis & illas Labeonis.

98 Qui ne hortum quidem cucurbitam cupressumve nouale sciant, immò ne rus quidem landare. quæ porticus tyrunculis progymnasmata sunt.

99 Festa in honorem Palis deæ pastorum 12. Cal. Maias, qui dies natalis fuit vrbis Romæ. quibus ruſtici conjectis in ignem fœno & stipula fumum & flammam transilientes se expiari credebant. Victorino a. Parilia dicuntur, quod illo anni tempore omnia fœta parturiant, pariantque, & Athenæo. 8. l. 16 c. παρίλια.

1 Vnde frater Romuli ortum habuit. i. *vnde authores Rom. generis ortum habuerunt.* 2 Et tu ô Quinti Cincinnate, quem arantem missus à S. P. Q. R. viator Dictatorem salutauit. Plin. 8. l. 7. c. i. *vnde & nobiles & patres prodierunt.* 3 Racilia, festina vel perterrita toga induit maritum Dictatorem iam salutatum, & viatore te Dictatorem salutatum missus arattum tuum portauit domum. 4 *Scopticè.* Egregiè inquit poeta qui alta illa & sublimia aggrediatur, præludijs hisce poeticis non exercitatus. * *Alius est qui aspera & obsoleta veterum poetarum verba affectat.* 5 Bacchici, à Baccho qui Brisæus dictus, quòd Accius scripsit Bacchas tragœdiam. & legi potest *Brisæis*, vt sit nomen tragœdiæ scriptæ ab Accio, vt Antiopa trag. script. à Pacuuio, veteri item tragœdiographo. 6 Turgens & sufflatus. 7 Salebrosa & aspera. 8 Delectet. 9 Tragœdia de Antiopa vxore Lyci regis Thebarum qui eam à Ioue sub specie Satyri compressam repudiauit, superinducta Dirce a qua multis modis cruciata est Antiopa. 10 *Citat hæc ex Pacuuio vt impropria, audacia, & affectati soni.* * Vide Sat. 5. ver. 77. 11 Locutio confusa aspera & odiosa instar strepitus sarraginis. 12 Trossuli dicti equites Rom. quod Trossium oppidum sine peditum auxilio ceperint, *vel* leues, i. delicati & molles auditores exultant & applaudunt tibi. 13 Tu amen patrone. *Hic autem obiter perstringis Oratorum vanitatem qui lauti & fame artificij sui studeant magis quàm clientum capiti & vitæ* cur non potius à fene ac misero reo capitale periculum auertis, quàm laudem eloquentiæ affectas? 14 Tepidam & modicam laudationem. 15 Expilasti fanum Æsculapij— 16 — Ait accusator Pedij, patronus Cirenensium. 17 Quid contra refert Pedius, *vel* Pedij patronus? non dilnit crimina lacertis argumentorum, sed sententijs & figurarum floriculis vitis, Neroni vel iudicibus placere studet. 18 Nimium politis. 19 Expendit, vt sint inuicem parisa & isocola. 20 Alij legunt *doctius*, vt *sit qui scias pos. fig. Hellenism.*

Laudatur.

Laudatur.[21] *bellum hoc.*[22] *hoc bellum? an Romule ceues?*

[23] *Men, moueat quippe, & cantet si naufragus, assem*
Protulerim? cantas cùm fracta te in trabe pictum
Ex humero portes? verum,[24] *nec nocte paratum*
Plorabit, qui me volet[25] *incuruasse querela.*
[26] *Sed* [27] *numeris decor est, & iunctura addita*
[27] *crudis.*
Claudere sic versum didicit,[28] Berecyntius[29] Attin,
Et qui cœruleum dirimebat[30] Nerea[31] delphin,
[32] *Sic, costam longô subduximus Apenninô.*
[33] Arma virum, *nonne hoc* [34] *spumosum & cortice pingui?*
[35] *Vt ramale vetus prægrandi subere coctum.*
[36] *Quidnam igitur tenerum, & laxa ceruice legendum?*
[37] Torua [38] Mimalloneis implerunt cornua
[39] bombis,
Et raptum[40] vitulo caput ablatura[41] superbo

21 Hoc inquiunt Auditores pulcrè & belle dictum est.

22 Hoccine bellum? repetit cum indignatione poeta. Heu quantum à generosis à masculâ & Romanâ virtute, qui verbosa & λοιδορίαν ἀδόλεσχον rabulæ applaudatis, adulatoriè & quasi cantus more clunes agitantes?

23 Ego certè non magis moueor huiusmodi oratione præposterâ, quæ cantâ desertâ lenocinii artis se vendicat? quam si quis tabulam naufragii sui (pro more naufragorum) pictam ex humero portans cantaret, cum fletu eum & voce lamentabili me ad misericordiam mouisse oportuisset, quò illi

assem darem. 24 Non meditatum & efficax. 25 Flectere, & mouere ad misericordiam. 26 Redit poeta ad sui temporis portaſtros, &, vt dicam, carnifices, qui omnem carminis laudem in concinnâ versus structurâ & rhythmo positam credebant.— 27 —versibus ipsis vtcunque rerum pondere & soliditate destitutis, nec ad iudicij lolem excoctis, ignoratis nimirum & audacibus, atque compositione tesserulatâ scrupulosis.

28 *Videntur ista cuari ex Annæ Neronis, de quo Dio. in his a poeta rhythmum improbat.*

29 Puer adamatus Cybele dictæ Berecyntiæ à monte Phrygiæ Berecyntho vbi celebatur. 30 Mare. *Metonym.* deum ic. maris. 31 Vehens Arionа. 32 *Et hic versus, de Pœnis partem Apennini disrumpens ibus, inceptus est. habet n. vltimam Pentheminmeri similiter cadentem, & in quinto affectatum spondæum quem costam subdictam quidam exponunt.* 33 Siquidem (obijcit turgidorum verborum adiectator) grandia carmina & sublimia non probas? quid tibi videtur Virgilij AEneis? annon & hæc— 34 —turgescens charactere inflato? 35 Ell sanè, *vt ait Persius*, rauus vel arbor grandis cortucis, sed cuius humorem decoxit ætas, i. sublime carmen & solidum est. 36 Quodnam igitur carmen est minus asperum, elegantiâ gestus & mollitie flexâ cervice inter pronunciandum? 37 *Rectè Poeta* Ironicè: *hæc è Bacchis Neronis, quarum meminit Xiphilin. in Nerone, quoad verba tumida, quod materiam elumbis, iunctura porro tenera, quorum duo tantum habent Pentheminmeri consonum, & qua alternatim rhythmica sunt, versio similiter cadenti primo, quarto vero secundo.* 38 Mimallones dicuntur Bacchæ à Mimante Iouiæ monte Bacchico sacro, vel à verò secundo. 39 Proprie apum sono, hic turbarum, & cornuum. 40 Pentheo quem μαινάδες. 41 Proprie Bacchi mater aliæque Bacchides furore correptæ vitulum esse putantes discerpserunt. 42 Bacchi & Orgiorum contemptori.

42 Agaue mater Penthei. Bassaris vero est Bacchi minis-tra, dicta à Bassareus, quod nomen Bacchi est, à βάζειν, i. vociferando & vaticinando, al. à pelle vel genere vestis qua induebantur Bacchi sacerdotes. *lateri cerunna sinistro Vellera dependent.* Ouid. 4. Met. de Procne habitum Bacchæ sumente.

43 Qui currum Bacchi trahit.

44 Baccha à μαίνεσθαι, furere.

45 Fræno ex hederis ceu corymbis intortis ornato, *vel* virga è thyrso.

46 Bacchum à voce bacchantium εὐ οἷ. vel à Ione salutatum εὖ ὗον, ob res

42 Bassaris, & 43 lyncem 44 Mænas flexura 45 corymbis
46 Euion ingeminat: 47 reparabilis adsonat Echo.
48 *Hæc fierent, si* 49 *testiculi vena vlla paterni*
Viueret in nobis? summa 50 *delumbe saliua*
Hoc natat in labris: & in 51 *vdo est Mænas, & Attin*
52 *Nec pluteum cædit, nec demorsos sapit vngues.*
M.* *Sed quid opus teneras mordaci radere vero*
Auriculas? 53 *vide sis ne maiorum tibi fortè*
Limina 54 *frigescant:* 55 *sonat hoc de nare canina*
Litera. P. *Per me equidè sint omnia protinus* 56 *alba:*
Nil moror. euge, omnes, omnes bene miræ eritis res.
Hoc iuuat: 57 *hoc, inquis, veto quisquam faxit oletum.*
Pinge duos angues: pueri, sacer est locus: extra
Meiite. discedo. 58 *Secuit* 59 *Lucilius* 60 *vrbem,*
61 *Te Lupe, te Muti, &* 62 *genuinum fregit in illis:*
Omne vafer vitium 63 *ridenti* 64 *Flaccus amico*
Tangit, & admissus circum præcordia ludit,

47 Repercussa, resonans. 48 *Huiusmodi carmina.* 49 Priscæ & masculæ virtutis. 50 Hæc enerui non petuntur eximo pectore, blæsè tantùm & tenerè formantur in extremis labris, & primore lingua, quæ salivâ scater. 51 Liquidâ & molli voce recitantur illæ fabulæ Neronis, Bacchis & Attis. 52 Non sapit intenti studij notas, vbi poeta cogitabundus *Sæpe caput scaberes, vinoso & roderes vngues.* Horat. Sat. 10 lib. 1. * Sint hæc ita sane. quid ad te? tun' solus concra ibis & irritabis nobiles mordaci tua reprehendendi libertate offensos? 53 Vide si vis? *de* autem corripitur tanquam à vido olim? coniug. vt cane, vale, fervere. 54 Ne potentum fores, sportulæ & mensæ frigidè tibi nusque gratè te excipiant. Iuuen. 3. Sat. *Lumine submoneor.* Alij exponunt, Ne quis potentior tibi mortem frigidam inferat. alloquamque volunt ad illud Horatij Sat. 1. l. 2. *O puer vt sis vitalis metuo maiorum ne quis amicus Frigore te feriat.* nec malè. 55 In his enim potentiorum limnibus facilis est ira. *vel*, In his Satyris tuis nimium est mordacitatis & caninæ facundiæ. R. enim litera est irritati & hirrientis canis. 56 Quando ita vis, sint quidem per me omnia, quæ faciunt, scribunt, dicunt, pulchra, honesta, proba. *Concessio Ironica.* hoc nimirum te alioquin Romanos delectat, vt landemini, vt applaudemini vbique. 57 Vt nefas ducitur in sacro loco aluum exonerare vel meiere, eiusque religionis symbolum appingunter anguis tanquam genij loci, & qui inde terreant & submoneant pueros: ita (inquit) sacrosancta sint Neronis & nobilium carmina. cautum sit ne quis ea Satyrico alpergat aceto vel vrinâ: discedo itaque. 58 Cur autem discedam, cùm Lucil. vrbem libere notarit? 59 Qui primus Latinorum Satyram scripsit. Iuuen. Sat. 1. vers. 20. 60 Mores Rom. vrbis. 61 Etiam nobiles nominatim: Rutilium Lupum Cos & Marium Albutium. 62 Mordicus carpendo. 63 Non indignanti. 64 Horatius, mirus artifex per iocum & amicitiam citium Rom. vitia Satyris & epistolis perstringere.

Callidus

Callidus [65] *excussò populum suspendere naso:*
Men' mutire nefas, nec clam, nec [66] *cum scrobe? M. nusquam.*
P. [67] *Heic tamen infodiam. Vidi vidi ipse, libelle:*
[68] Auriculas asini quis non habet? [69] *Hoc ego opertum,*
[70] *Hoc videre meum tam nil, nulla tibi vendo*
[71] *Iliade.* [72] *Audaci quicunque afflate Cratino, (les,*
[73] *Iratum* [74] *Eupolidem* [75] *prægrandi cum sene* [76] *pal-*
Aspice & [77] *hæc, si fortè aliquid decoctius audis.*
[78] *Inde* [79] *vaporata lector mihi ferueat aure.*
[80] *Non hic,* [81] *qui in crepidas Graiorum ludere gestit*
Sordidus, & [82] *lusco qui poscit dicere, lusce:*
Sese aliquem credens, Italo quod honore [83] *supinus*
Fregerit [84] *heminas* [85] *Areti* [86] *ædilis iniquas:*
Nec qui [87] *abaco numeros, &* [88] *secto in puluere metas*
Scit risisse vafer, multum gaudere paratus,
Si [89] *Cynico barbam petulans* [90] *Nonaria vellat.*
[91] *His mane* [92] *edictum, post prandia* [93] *Callirhoen do.*

65 Salsè deridere & tectè, naso in iras & inimicitias non rugato. vide supra vers. 40.

66 Vt Midæ tonsor. *Sub. nota.*

67 Huic libro insusurrabo, vt ille tonsor scrobi.

68 Omnes peruertè iudicant de carminibus vt Midas de musicis, sonora modulatis præferunt.

69 Hoc allegoria tectum, vt illud scrobe.

70 Satyricam hanc videndi libertatem tibi tam pro leui habitam.

71 Illius Labeonis, supra v. 4.

72 Quicunque afflatus es legendo Cratino, qui maximâ veteris comœdiæ libertate Athenienſium vitia carpebat

73 Infestum vitijs. 74 Priscæ comœdiæ scriptorem. 75 Aristophane item comico. 76 Studiosè ceu ἐμπαθῶς legendos hos. 77 Mea. 78 Ab ijs tribus Poetis Comicis, eorumque lectione. 79 Calefactâ, præparatâ. 80 Non hic mihi lector sit. 81 Qui Græcorum cultus elegantiam, institutæ & studia sperait.

82 Qui corporis vitium alteri exprobrare gaudet. Naturalia verò corporis vitia non sunt in alijs reprehendenda. Plato in Protag. commiseratione potius digna. Aristot. Ethic. Nicom. l. 5. c. 5.

83 Vultu elatus, inflatus. quod in municipio aliquo obscuro Italiæ magistratu functus sit, vt cunque imo. AEdilatus sc. 84 Ab ἥμισυ, dimidios sextarios. hic pro omni mensura.

85 Oppidi in Tuscia. Alij legunt *Ereti* quod Sabinorum oppidum, Stephano ἤρετον.

86 AEdilium, inter alia munera erat iniquas mensuras frangere. 87 Arithmeticorum tabula. 88 Figuras, quas Geometræ virgâ in puluere depingunt. hoc autem extremæ est dementiæ & impudentiæ, res per se laudatas deridere velle, artibus & Philosophis illudere. 89 Alludit ad Diogenem cui barbam vellebat Laïs. 90 Meretrix, quæ à nona hora prostat. 91 Huiusmodi auditoribus & lectoribus vanis atque ineptis. 92 Edictum prætoris & forum, ad auaritiam. 93 Scortum, ad libidinem.

SATYRA II.

Gratulatus Macrino sapientiam, quæ sola rectè orare docet; *a* aliorsù impia, stulta & inutilia vota damnat. *b* Illos deinde taxat, qui aliud voto velle, aliud re agere videntur. *c* Eos denique ridet, qui deos, cupiditatis suæ modulo eos metientes, opimis hostijs & muneribus colunt: cùm reuera dij non munus sed mentem, non plenas sed puras respiciant manus.

HVnc, Macrine,[1] diem numera[2] meliore lapillo,
Qui tibi labentes apponit[3] candidus annos.
Funde merum[4] Genio. non tu prece poscis[5] emaci,
Quæ[6] nisi seductis nequeas committere diuis.
At[7] bona pars procerum[8] tacita libabit[9] acerra.
Haud cuius promptum est,[10] murmurque humilesque susurros
Tollere de templis, & [11] aperto viuere voto.
[12] Mens bona, fama, fides, hæc [13] clarè, & vt audiat hospes.
Illa sibi introrsum, & sub lingua immurmurat: ó si
[14] Ebullit patrui præclarum funus! & ó si
Sub rastro [15] crepet argenti mihi seria[16] dextro
[17] Hercule! pupillumve vtinã, quem proximus heres
[18] Impello,[19] expungam: namq; est[20] scabiosius, & acri
Bile tumet. Nerio iam tertia[21] ducitur vxor.
Hæc sanctè vt poscas,[22] Tiberino in gurgite mergis
Mane caput bis, térque, & [23] noctem flumine purgas.

1 Natalem.
2 Niueo, albo: à Thracum more qui fastos dies albis calculis, infelices nigris computarunt.
3 Felix ipse, & fautus.
4 Angelo, quem credebat antiquitas vnà genitum, pædagogum custodemque datum, cui lautiùs indulto natali quoque die sacra fiebant, preces ac vota cõcipiebantur, hunc itaque quum qui iniusta & iniqua precantur, cæsis victimis, sibi propitium immò obsequentem reddere volunt, tu iustâ & piâ precatus vino & thure placa.
5 Conditionali ἐμποεικῇ.

Horat. 1. od. 3. *Votis parcisti.* 6 Nisi semotis ab arbitris, ne audiant homines quæ tu à dijs poscis. 7 Magna. 8 Ipsi taciti, submissa voce & ore arcano. 9 Thuribulo. 10 Tacitas preces. 11 Nihil denm rogare quod non palam liceat. Martial ep. 40 l. 1. 12 Contingant mihi. 13 sc. precatur. 14 Pro Ebullierit, vt dedim pro dederim. Casaub. Metaph. ab aqua ebulliente. O vtinam patruus meus diues efferatur, funalibus seu funebri pompa splendidus, mihi relicturus præclaram hereditatem! 15 Inuenta mihi fodienti arantive. 16 Propitio, fauente. 17 Opertorum thesaurorum præside vel κλειδοῦχῳ, cui eo nomine decimæ penduntur. 18 Subsequor, in secunda ceta substitutus heres. 19 Ex tabulis testamenti, rectius de medio tollam, i. ex vita. 20 Namque & spem & rationem voti facit ipsius κακοξία: ex suffusa n. bile est valetudinarius. 21 Ad sepulchrum, vel in matrimonium fœneratori illi tertia ducitur vxor: mea tamen viuit. 22 Vota aut sacra facturis mos erat se vbâ aquâ purificare. Iuuenal. Sat. 6. v. 524. 23 Noctis Venereæ pollutionem, aut insomnia.

Heus

Heus age, respondе, minimum est quod scire laboro:
De Ioue quid sentis?[24] *estne vt præponere cures*
Hunc cuiquam? cuinã? vis Staio? an scilicet hæres?
Quis potior iudex, puerisue quis aptior orbis?
Hoc igitur quo tu Iouis aurem impellere tentas,
Dic agedum Staio: pro Iuppiter ô bone, clamet,
Iupiter! at sese non clamet Iuppiter ipse?
Ignouisse putas, quia cum tonat, ocyus ilex
Sulfure discutitur[27] *sacro, quàm tuq; domusq;?*
An quia non fibris ouium,[29] *Ergennaq; iubente,*
Triste iaces[30] *lucis,*[31] *euitandumq;*[32] *bidental,*
Idcirco stolidam præbet tibi vellere barbam
Iuppiter? aut quidnam est qua tu mercede deorum
Emeris auriculas?[35] *pulmone, & lactibus vnctis?*
* *Ecce auia, aut*[36] *metuens diuûm matertera, cunis*
Exemit puerum, frontemq; atque vda labella
Infami digito, &[38] *lustralibus ante saliuis*
Expiat,[39] *vrentes oculos inhibere perita,*
Tunc manibus quatit, & spem[40] *macrã supplice voto*
Nunc[41] *Licini in campos, nunc Crassi*[42] *mittit in ædes.*
Hunc optent generum Rex & Regina: puellæ
Hunc rapiant: quicquid calcauerit hic, rosa fiat.
Ast ego nutrici non mando[43] *vota: negato*

24 An censes Ionem iustiorem esse aliquo homine? quod an Staio Albio Oppianico iudice corruptissimo? an dubitas præferre Iouem Staio? quis aut iustior aut melior tutor Ioue?

25 Audiat tamen sceleratissimus ille venefieus & corruptissimus iudex, Staius vota hæc impia quæ tu ad Iouem concipis: ille statim exclamabit indignabundus, O Iupiter! Quanto magis ipse Iupiter fulmine vindicabit impias has preces?

26 Tu tamen credis Ionem tibi veniam ad omnia indulgere, quia vides arbores fulguratas te sospite tuisque saluis.

27 Fulmine, quod Sesuvie, i. sulfureum.

28 An quia tu non fulguritus iaces & expiandus consultis ouium extis a—

29 —Fulguritorum procuratore & expiatore Etrusco— 30 —Vt ilex fulmine icta in lucis parum castis, vel in bidentali quod æquè ac lucus est colliculus sepimine consecratus & — 31 —sacrum, quod qui calcarit incestatur— 32 —cui fulgurito consecratur bidental, h.e. locus in quem decidit fulmen, circumseptus adiectâ arâ in quâ bidentibus expiatur— 33 —An ideo credis Iouem se tibi præbere ludibrio & contemptui habendam? alludit ad Dionysium, qui auream Æsculapio barbam detraxit. 34 Stipulatus tibi obnoxios reddidisti? 35 An sortè pinguibus extis? * *Ab impijs auarorum precibus descendit porta, ad superstitiosa mulierculorum vota.* 36 Superstitiosa. Pulchra est hæc diei lustrici hypotyposis, qui puellarum octauus est, puerorum nonus, quo die puerum lustrabant, votis pro eo conceptis & nomine illi indicto, vnde & Nominalis dictus. 37 Medio, qui cæteris contractis extendi solet in cinædorum & mollium notam, quòd penem repræsentet. 38 Saliua purgatoriam vim habere credebatur, & ad fascina inhibenda valere. Bonæ verò fœminæ causa & ad placandam Nemesim, quam enormiori gloriæ inuidere credebant, saliua, infamis digitus, & τὰ σεμνὰ effigies adhibebantur quasi præfiscinia. Plin. l. 28. c. 2. & 4. 39 Fascinantium oculorum, qui infuendo enecant, perniciem amoliri perita. 40 Ancipitem, lentam, vel ipsum puerum tenellum, de quo spes nondum magna. 41 Licinij Stolonis, *alij intell.* Licinum Augusti libertum & tonsorem, & M. Crassi diuitis. 42 Votis illi optat luxuriosa Licini & ædes Crassi, in quorum quasi possessionem mittit puellam votis suis superstitiosa mulier. 43 Hæc impia, stulta, stoica vota.

Iuppiter hæc illi, quamuis te [44] *albata rogarit.*
[b] [45] Poscis opem nemuis, [46] corpúsque fidele senectæ,
Esto, age: sed [47] grandes patinæ, [48] tucetaq; crassa
[49] Annuere his superos vetuêre, [50] Iouemque morantur.
[51] *Rem struere exoptas cæso boue,* [52] *Mercuriumq;*
[53] *Arcessis fibra: [54] da fortunare penates,*
Da pecus, & gregibus fœtum. [55] *quo, pessime, pacto*
Tot tibi cum in flammis iunicum omenta liquescant?
Et tamen hic extis, & opimo vincere [56] *farto*
Intendit: [57] *iam crescit ager, iam crescit ouile,*
Iam dabitur, iamiam: donec deceptus, & [58] *exspes*
Nequicquam fundo [58] *suspiret nummus in imo.*
[c] *Si tibi crateras argenti,* [59] *incusaq;* [60] *pingui*
Auro dona feram, [61] *sudes, & pectore* [62] *læuo*
Excutias [63] *guttas,* [64], *Lætari prætrepidum cor:*
[64] *Hinc illud subijt, auro sacras quòd* [65] *ouato*
[66] *Perducis* [67] *facies. nam* [68] *fratres inter æenos,*
Somnia [69] *pituita qui purgatissima mittunt,*
Præcipui sunto, sitq; illis aurea barba.
Aurum [70] *vasa Numæ,* [71] *Saturniaq;* [72] *impulit æra,*

44 Candidâ & purâ veste amicta.
45 Precaris à Dijs robur, vires, &—
46 —Validum, quod sustentet senectutem, corpus—
47 —Immodicus tamen cibus tuus &—
48 —Multiplex, variæ concoctionis, cuiusmodi sunt viscerum & minutal è suillis carnibus minutim concisis,—
49 —Votis hisce tuis respondere non patiuntur deos—
50 —Iouisque hac in re indulgentiam vel retardat, vel irritam facit.
51 Rem familiarem augere exoptas, prodigè interim bones mactans, superstitiosè ex proventum è crebris victimis sperans tanquam apes ceu Phœnices è cinere & rogo.
52 Deum Lucrium.
53 Iugibus vocas victimis. 54 Da *inquis* vt fortunet res familiaris. 55 *Respondet Mercurius, vel Poeta.* Quo pacto fortunet & crescat tibi pecus, cum tu insanis sacrificijs tot pecudes absumas? peculij tui proprius carnifex & lupus. 56 Vel libo è farre, vino, melle &c. 57 *Et falsa spe lætans, sibi dicit,* Iam &c. 58 Tinniat iam rarior in fundo crumenæ propè exhaustæ sacrificijs. vel, *Patbos numo attributum.* 59 Cælata.
60 Solido, *vel*, crassæ laminæ. 61 Præ gaudio. 62 Peruerso, vel sinistro à vehementiori cordis commotione. 63 Sudoris, *vel* lacrymarum quæ repentino ixpe gaudio oboriuntur. 64 Quia tibi cordi est aurum, dijs etiam credis esse, vtijs tuis illos æstimans: & hinc &c *vel*, Credis superstitiosus tibi euenisse hoc aurum à Dijs missum quorum facies & femora auro illinis. 65 Triumphato & ex hostibus prædato. 66 Illinis.
67 Statuarum in Pantheo Romæ. 68 Stabant in Apollinis Palatini porticu effigies æneæ quinquaginta filiorum Ægypti, quibus vt & Apollini, Æsculapio, Isidi, &c. attribuit vetustatis superstitio vim in somnis indicandi curationes & remedia morborum. Quod si cui persuasum esset se ab his vel illis istorum fratrum certius ac verius somnium accepisse, eos præ cæteris coluit & inaurauit. alij ad Castorem & Pollucem referunt. 69 Pituitâ defœcatâ discussisque humoribus vitiosis, certiora sunt somnia. 70 Et quoniam nobis homunculis aurum in delicijs & votorum summa est, hoc dijs æquè gratum opinamur. atque hinc aurea iam omnia in templis, atque aurum per scelus & nefas conflatum expulit è templis simplicitatem ficillim, qualia Numa in sacris adhibebat. Iuuen. Sat. 11. v. 116. 71 Priscis in vsu, & in Saturni ædc condita. 72 Loco & precio mouit.

Vestalesq́ vrnas,& Thuscum fictile mutat.
O curuæ in terras animæ,& cœlestium inanes!
Quid iuuat hoc,templis nostros immittere mores,
Et bona dijs ex hac scelerata ducere pulpa?
Hæc sibi corrupto cassiam dissoluit oliuo:
Et Calabrum coxit vitiato murice vellus:
Hæc baccam conchæ rasisse,& stringere venas
Feruentis massæ crudo de puluere iussit.
Peccat & hæc, peccat: vitio tamen vtitur: at vos
Dicite Pontifices, in sancto quid facit aurum?
Nempe hoc, quod Veneri donatæ à virgine pupæ.
Quin damus id superis, de magna quod dare lance
Non possit magni Messalæ lippa propago?
Compositum ius fasque animo,sanctosque recessus
Mentis,& incoctum generoso pectus honesto.
Hæc cedo vt admoueam templis, & farre li tabo.

73 Capedines & lanacra Vestæ.
74 Testea vasa ex Etruria Romam allata, *vel* religionem simplicem ab Etruscis ductam.
75 Cernuæ & pronæ velut pecudes.
76 Inducere cupiditates & alia vitia nostra.
77 Existimare quæ dijs bona sint, ex affectu nostro carnali.
78 *Hæc pulpa, i. carnalis corruptio non contenta naturali rerum simplicitate miscet & vitiat omnia, his tamen ita vitiatis vtitur, saltem fruitur: dijs tamen nullis sunt vsui. Quorsum itaque ijs hæc dicamus? emaci nempe mundi ratione, vt meliora ab ijs accipiamus*
79 Dum vnguentum conficit,& cassiam & oleum perdit.

80 Sat.6. vers.36. 81 Tarentinam lanam quæ optima. 82 Coquendo infecit, tinxit. 83 Liquore è conchylio muricis, qui & ipse perijt. 84 Margaritam, Pearle. 85 E concha radere, conchæ enim adhærescunt, neque auelli queunt, nisi lima. Plin. 9.l.35.c. 86 Constare. 87 Metalli. 88 Rauentis & ballucis, quæ è fodinis eruuntur: Dare. 89 Vitiosa est hæc luxuria. *vide supra 78.notam.* vsus tamen aliquis ex his vitijs,sed auri in templis nullus. 90 Templis vel Deorum sacris. 91 Vt ephœbi hallas penatibus, sic puberes virgines Veneri pupas consecrabant, à qua pro pupis, Angl Babies veros infantes precabantur: haud secus faciunt qui aurum dijs offerunt. 92 Parellâ, diuitès è lance, pauperes ex acerra libabant. 93 M. Val. Corui ni Messalæ. *vel.* Aurelij Mess. *Syneed.* pro quouis diuite & nobili. 94 Qui animo & oculis erat vitiosus, gulosus quippe & maioribus indignus. 95 Quoad legem humanam. 96 Quoad diuinam legem. 97 Intima animi penetralia & cogitationes. 98 Animum penitus imbutum. 99 Molâ salsâ. Hor. 2.2.od.lib.3. *Farre pio & saliente micâ.* Ipse si purum & simplicem attulero animum, paruo ac simplici sacrificio deum placabo.

SATY-

SATYRA III.

Sub persona Stoici philosophi monet iuuenes ne desidiæ & mollitiei indulgentes, nedum patrimonijs & natalibus freti, philosophiæ studia negligant: Quę vitiorum morbis medetur, virtutem & honesta officia docet, animum bene consciũm & vitæ felicitatem largitur.

[1] NEmpe hæc assidue? iam clarũ mane fenestras
Intrat, & angustas [2] extendit lumine rimas:
[3] Stertimus [4] indomitum quod [5] despumare Falernum
Sufficiat, [7] quintâ dum [6] linea tangitur [7] vmbrâ.
En quid agis? siccas [8] insana [9] canicula messes
Iamdudũ coquit, & patula pecus omne sub vlmo est,
[10] Vnus ait comitum. verumne? itane? ocyus adsit
Huc [11] aliquis. nemon' [12]? turgescit [12] vitrea bilis:
[13] Findor, [14] vt Arcadiæ [15] pecuaria rudere credas.
Iam liber, & [16] bicolor [17] positis membrana [17] capillis
Inq; manus chartæ, [18] nodosaq; venit [19] arundo.
Tunc [20] queritur, crassus calamo quod pẽdeat humor,
[21] Nigra quod infusa vanescat sepia limpha:
Dilutas queritur [22] geminet quod [23] fistula guttas.
[24] O miser, inque dies vltra miser, huccine rerum

1 *Inclamat dormientes discipulos philosophus, vel qui nobili iuueni additur comes pædagogus.* infra not. 10. Nunc autem inquit Taurus apud A. Gell. l. 6. c. 10. expectant philosophi ad fores iuuenum donec nefariam edormierint crapulam.

2 Latiores apparere facit. *vel* extendere videtur, cum sol per rimas lumen transmittat.

3 O iuuenes, discipuli mei. & est subtimida reprehensio, in prima persona.

4 Durum, concoctu difficile, *vel*, non dilutum, quod vix plurimâ aquâ temperari possit. 5 Decoquere, edormiscere. 6 Solaris horologij, inæqualis, planetarij. ad diem ciuilem. 7 Gnomonis quintâ vmbrâ meridionali proximâ. *Hypallage.* Dum quinta linea tangitur vmbrâ. 8 Quæ insanos, i. morbidos reddat homines, *vel* quæ in rabiem aget canes. 9 Sol in Cancro, cuius indicium est ortus stellæ Canicularis. 10 Pædagogus, vt supra not. 1. *vel Iuuenum, condiscipulorum, expergefactus, ait vnus.* verũ nne? Itáne? 11 E famulis. 12 A calore vel effectu. Horat. lib. 1. Sat. 3. *Splendida*, quæ se è splendore prodit. 13 Ira engor in vociferationem. 14 *Resp. Philosophus cum indignatione.* vel lege, *Finditur Arcadiæ pec.* ex persona poetæ vel philosophi dicentis: Iuuenis indignatur & discruciatur vociferans instar asini rudentis. 15 Asinos, quos Arcadia habet maximos. 16 Introrsum candida, extrorsum crocea. 17 Vbi ipse iuuenis compsit capillos, *vel* membrana pumice leuigata demptis cap. κατατριχώσεως pro pilis. 18 Interstitijs & geniculis. 19 Calamus scriptorius. *Metonym.* 20 Caussatur atramentum spissum nimis & lentum esse, hærere calamo, non fluere. 21 Infusâ mox aquâ, prætendit nimis liquidum fieri atramentum è succo sepiæ, atque vanescere. 22 Liquidius fluat & maculet. 23 Calamus scriptorius. 24 O miser adolescens, futureque indies miserior hiccine tandem laboris ac spei fructus, vt, ridiculas ignauiæ prætendens caussas studium fictis excusationibus suppleare velis?

Venit

Venimus? at cur non[25] *potius,* [26] *teucroq́ columbo*
Et similis regum pueris,[27] *pappare minutum*
Poscis, & iratus mammæ[28] *lallare recusas?*
[29] *An tali studeam calamo?*[30] *cui*[31] *verba? quid istas*
Succinis[32] *ambages?*[33] *tibi luditur:*[34] *effluis amens.*
Contemnêre,[35] *sonat vitium percussa,*[36] *malignè*
[37] *Respondet*[38] *viridi non cocta fidelia*[39] *limo.*
[39] *Vdum & molle lutum es,*[40] *nunc nunc properandus, & acri*[41]
Fingendus[42] *sine fine rota.*[43] *sed rure paterno*
Est tibi[44] *far modicum,*[45] *purum & sine labe salinū.*
Quid metuas?[46] *cultrixq, foci*[47] *secura patella est.*
Hoc satis? an deceat[48] *pulmonem rumpere ventis,*
[49] *Stemmate quod*[50] *Tusco*[51] *ramum millesime ducis,*
Censoremue[52] *tuum vel quod*[53] *trabeate salutas?*
Ad populum[54] phaleras: ego te intus, & in cute noui.
Non pudet ad morem discincti viuere[55] *Nattæ?*
Sed stupet hic vitio, & fibris increuit[56] *opimum*
Pingue.[57] *caret culpa: nescit quid perdat: & alto*
Demersus[58] *summa rursus non bullit in vnda.*

25 Quim philosophiæ operam des.
26 Quem sua mater vel puella delicatè alit.
27 Pappam & buã, cibum præmanibus, minutum.
28 Dormire ad lallum, i. nutricis occinentis nænias. Ἐγὼ τοῖς παιδίοις ἁδω. Athen. 14. *Anson. epist. 17. Lalli somniferos modos.*
29 *Verba inuenit.*
30 *Refert Philos.*
31 Supplas?
32 Causationes & tergiuersationes.
33 Tu te ipse ludis tuo damno, de te.
34 Effluis & perit tibi tempus. vel, Defluis mollitie & voluptatibus, vt vitiatus vas.
35 *Vt fictile vas ex argilla non probe cocta dirupto tactum & explorantem, tinnitu rauco indicat, vitium & crudam materiam prodit: ita tu futili & rudi sermone ignorantiam tuam.* 36 Rancũ, non acutum & tinnulum. 37 Resonat. 38 Vas fictile ex argillâ crudâ nec benè coctâ. *Metaph.* 39 Rudis ex materia, capax tamen formæ si te submiseris figulo, i. magistro. 40 In iuuentute. 41 Accuratâ & seueriori disciplinâ. 42 Sine intermissione aut mora. 43 *Tu vero abigeas, tibi non tam artibus opus esse, cui sit à patre domus & res mediocris.* 44 Census ἀπὸ τοῦ πατρός. 45 A maioribus non fraude quæsitum. vel ex argento puro. Lucr. celato. *vel mundum,* vt sit supellex lauta & nitida. salinum autem sacram mensam facit, vt quo primitiæ cum sale dijs offerebantur *Lips. Saturnal. 1. 7.* 46 Qua libationes ad focum feruntur. 47 Quæ te securum reddat. 48 Inflari & ostentare te. 49 Generis ordine, stirpe. Iuuen. Sat. 8. v. 1. 50 Nobilissimæ & antiquissimæ Rom. familiæ ex Etruria ortum habuere. 51 Successionis liberæ, vide quæ ad Sat. 8. Iuuen. vers. 1. 52 E tua familia. 53 In atrio inter imagines maiorum, *vel* in recognitione equitum, vt eques trabeatus, vide Iuuen. Sat. 8. v. 250. 54 Insignia equestria, *vel* ornamenta externa fortunæ, quæ te non magis reddunt nobilem, quam phaleræ equum. 55 Dissoluti cuiusdam intemperantis, perditi, qui obduruit in vitiorum callum, & quasi habitum malitiæ, ita vt se peccare non sentiat. Sordidi Nattæ meminit Hor. 1. Sat. lib. 2. Torrebat. 33. l. 2. c. legit *Nactæ*, i. fullonis. 56 Quod sensum ademit. *Metaph.* à corpore, 57 Excusandus & aliquâ dignus veniâ ob stuporem & callum vitiorum, perditæ iam & prostratæ nequitiæ. 58 Non emergit è barathro vitiorum, nec tangitur conscientia scelerum. *Quæ cùm tamen te atque alios qui per incontinentiam prudentes scientésque virtutem deseruerint, grauiores maneant conscientiæ cruciatus* Atque hoc spectat digressio insequens poetæ docentis non esse aliam pœnam graviorem atque ipsis tyrannis digniorem, quàm desertæ virtutis conscientiam, & *pœnam* (vt ita dicam) *damni.*

Magne

Magne pater diuûm sæuos punire tyrannos
Haud alia ratione velis, cum dira libido
Mouerit ingenium feruenti tincta [59] *veneno:*
[60] Virtutem videant, [61] intabescántque relictâ.
Anne magis Siculi gemuerunt [62] *æra iuuenci,*
Et magis auratis pendens laquearibus ensis
Purpureas subter [63] *ceruices terruit,* [64] *Imus,*
Imus præcipites, quàm si sibi dicat, & intus,
Palleat infelix, quod proxima nesciat vxor?
Sæpe oculos memini tangebam [65] *paruus* [66] *oliuo,*
Grandia si nollem morituri [67] *verba* [68] *Catonis*
Discere, ab [69] *insano multum laudanda magistro,*
Quæ pater adductis [70] *sudans audiret amicis.*
[71] *Iure etenim id summum, quid dexter* [72] *senio ferret*
Scire, erat in voto: damnosa [73] *canicula quantum*
[74] *Raderet, angustæ collo non* [75] *fallier* [76] *orcæ:*
Neu quis callidior [77] *buxum torquere flagello.*
Haud [78] *tibi inexpertum* [79] *curuos deprendere mores,*
[80] *Quæq; docet sapiens* [81] *braccatis* [82] *illita Medis*
[83] *Porticus* [84] *insomnis quibus & tonsa* [85] *iuuentus*
Inuigilat, [86] *siliquis & grandi pasta polenta.*

59 Crudelitatis & vitiorum.
60 Quam vt videant viri. alij legunt *virtuti inuideant.* quam se, ab alijs cultam ipsi deseruerint.
61 Discrucientur, quod eam reliquerint.
62 Miseri homines inclusi in tauro illo aheneo, quem Phalaridi tyranno Siculo Perillus inuentum dedit.
63 Damoclis vnius ex assentatoribus Dionysij. vide hist. in 5. Tusculan. quæst. Cic. plenius expositam.
64 Ordo, *quàm si sibi dicat, Imus, imus præcipites* in vitia & exitium, nulla virtute sufflaminandi, omni salutis spe destituti.
65 *Fecimus & nos. Hæc iuuenes.* Sat. 8. Iuuenal. Ego quidem hoc puer, &c.
tu autem inuenis es. vers. 12. infra.
65 Ad simulandam lippitudinem, vt à recitatione eximerer.
67 Deliberatina, moriatur necne. vel Ethopœiam.
68 Vticensis, deuicto Pompeio morituri
69 Clamoso. *al.* vehementi & acri, vnde & Domitio Grammatico Insani cognomen inditum. A. Gell. 7. 18.
70 Labore corrogandi amicos ad filium audiendum. *aut* lætitiâ.
71 Conuenienter puerilibus annis.
72 Iactus tesserarum seu talorum summus, sanctissimus verò qui omne tollebat depositum erat *Venus*, vide quæ ad Martial. ep. 14. l. 14. the dice.
73 Canis, vnio, iactus damnosus.
74 Quantum mihi detraheret. *vel* ex reliquo talorum numero demeret, q. e. quinque.
75 Non errare.
76 Vasis in quod nuces pueri coniiciebant. Ouid. de Nuce. *Vas quoque sæpe cauum spatio distante locatur, In quod missa leuis nux cadit vna manu.* alij de pyrgo intelligunt, nec recte. Quorsum enim ars ne fallaris ad coniiciendas in turriculam seu fritillum aleas, de quo puerum fuisse solicitum dicit hic poeta seu philosophus? de fritillo vide quæ nos ad Martial. ep. 14. l. 14.
77 Trochum, *vel* turbinem è buxo.
78 Iam iuueni: relictis nucibus, atque liberaliter hactenus in studijs philosophiæ educato.
79 Prauos à rectis distinguere.
80 Et præcepta quæ docentur in στοᾷ, porticu Athenis, in qua Zeno & alij Philosophi (inde Stoici dicti) docebant disputabantque.
81 Indutis braccis, i. femoralibus, à ἔρκος. A Persis adiecta.
82 In qua picti erant Persæ à Miltiade, Themistocle, & Athenienſibus deuicti.
83 στοὰ ποικίλη.
84 In qua iuuenes studijs inuigilant.
85 Stoici tondebantur ad cutem. cùm verò hic agatur omnino de porticu Stoicâ, malè ab alijs ingeritur lectio *quibus nudatonsa* quod de Romanis citratis intelligi volunt.
86 Victu tenui, leguminibus & crassa pulte ex farina & lacte.

87 *Et*

87 *Et tibi quæ Samios deduxit* 88 *litera ramos,*
Surgentem dextro monstrauit limite 89 *callem.*
Stertis adhuc? 91 *laxumq; caput compage soluta*
90 *Oscitat hesternum,* 91 *dissutis vndique malis?*
92 *Est aliquid quò tendis, & in quod dirigis* 93 *arcum*
94 *An passim sequeris coruos,* 95 *testáque lutoq;*
Securus quò pes ferat, atque 96 *extempore viuis?*
97 Helleborum frustra cum iam cutis ægra tume-
Poscentes videas: venienti occurrite morbo. (bit
98 *Et quid opus Cratero magnos promittere* 99 *mõtes?*
Discitéque ô miseri, & 1 causas cognoscite rerum,
2 *Quid sumus, &* 3 *quidnam victuri gignimur,* 4 *ordo*
Quis datus aut 5 *metæ* 6 *quàm mollis flexus, &* 7 *undæ:*
Quis modus 8 *argento,* 9 *quid fas optare, quid* 10 *asper*
11 *Vtile nummus habet: patriæ carisq; propinquis*
Quantum 12 *elargiri deceat:* 13 *quem te deus esse*
Iussit, & 14 *humanâ qua parte locatus es in re.*
15 *Disce: nec inuideas,* 16 *quòd multa fidelia putet*
In locuplete penu, 17 *defensis pinguibus Vmbris,*
Et piper & pernæ Marsi 18 *monumenta clientis:*
19 *Mœnaq; quòd prima nondum defecerit orca.*
20 *Heic aliquis de gente* 21 *hircosa Centurionum,*
Dicat, Quod sapio, satis est mihi, non ego curo

89 Nec tibi inaudita aut incognita est virtutis via quam Pythagoras Samius indigitare voluit expressiam in bicorni littera—

88 —Y, quæ in duos ramos se diuidens bimium vitæ monstrat; arduam & angustam virtutis viam extendens à dextrâ, mollem & latam vitij à sinistra.

89 Virtutis crebris actionibus & labore tritum

90 Hesternam euaporat crapulam.

91 Ecce scopus vel finis aliquis vitæ tibi propositus.

92 Actiones.

94 Vagus erras, pueri more qui cornos testa lutoque petit.

95 Temere, nec virtutum nec consiliorum ratione habita.

96 In diem, sine proposito.

97 Pharmaca vitiosos humores purgantia sero poscas,

vbi iam inualuit hydrops. Sat 4 v. 16. 98 Et quid opus medico insigni, qualis fuit Crateras tempore Augusti, ad restituendam sanitatem, cum in manu tua sit præcauere morbum? *Metaph. à corpore ad animum.* 99 Aureos, nummorum. 1 Rerum expetendarum & fugiendarum ad felicitatem assequendam. *Iumen, viuendi causas,* vel etiam, *causas naturales.* 2 Quæ hominis sit natura. 3 In quem finem. 4 Fatorum certa lex, qua fieri omnia affirmare Stoici. *vel* gubernatio diuina. 5 Felicitatis, *alias,* vitæ quàm breue sit spatium, & vnde mors imminear. *Metaph. à meta Circensi quam in flexu euitare periti auriga erat.*

6 Quantæ sit artis & operæ regere. 7 Vndæ, vt sit quasi meta ad quam circumflectenda est remigatio in nauali certamine alij leg. *vnde,* vt supra, notâ 5. 8 Quærendo, & erogando. 9 Quæ vota. 10 Sigratus. recens. 11 Vtilitatem, vsum. 12 Ex officio debeas. 13 Cuius qualitatis, ἐξ ἕστως. 14 Quæ pars sis vniuersi.

15 Hanc sapientiam edisce, nec inuidendo doleas, si aduocatis & patronis Rom. vberior munerum copia suppetat quàm tibi. 16 Quod vasa præ copiâ & affluentiâ putent aduocatis in cella penuaria. 17 Diuitibus, vberis toli dominis Vmbris *Italiæ pop.* quos ille in iudicio defenderit. 18 Missa à clientibus donaria. 19 Et quod falsamentum illud superfit è prima orca vel prima serie ac parte orcæ nec deficiat, pluribus à clientibus indies donatis. 20 *Neque moueris, quod indocti milites asserentur philosophos.* 21 Quorum alg hircum olent alhircosa.

Esse

Esse quod [22] *Arcesilas* [23] *aerumnosique Solones,*
[24] *Obstipo capite, &* [24] *figentes lumine terram,*
Murmura cum secum, & [25] *rabiosa silentia rodunt,*
Atque exporrecto trutinantur verba labello,
Aegroti veteris meditantes somnia, [26] gigni
De nihilo nihilum, in nihilum nil posse reuerti.
[27] *Hoc est, quod palles? cur quis non prandeat, hoc est?*
[28] *His populus ridet, multumque* [29] *torosa iuuentus*
Ingeminat tremulos naso [30] *crispante cachinnos.*
* *Inspice* [31] *nescio quid* [32] *trepidat mihi pectus, &* [33] *ae-*
Faucibus exsuperat grauis halitus, inspice sodes, (gris
Qui dicit medico; [34] *iussus requiescere, postquam*
Tertia compositas vidit nox currere [35] *venas,*
[36] *De maiore domo* [37] *modicè sitiente lagena,*
[38] *Lenia* [39] *loturo sibi* [40] *Surrentina rogauit.* (istud
[41] *Heus bone, tu palles:* [42] *Nihil est.* [41] *Videas tamen*
Quicquid id est: surgit tacitè tibi [43] *lutea pellis.*
[44] *Aut tu deterius palles: ne sis mihi tutor:*
[45] *Iampridè hunc sepeli:* [46] *tu restas,* [47] *Perge, tacebo.*
[48] *Turgidus hic epulis, atq;* [49] *albo ventre,* [50] *lauatur,*

22 Ego non studeo esse Philosopus, qualis fuit ille Arcesilas, qui cum nihil sciri affirmaret, dictus est *philosophiæ euersor* neque esse volo sapientum vnus vt—

23 —Solon legislator Atheniensis, vt me vigiliis, studijsque macerem, ærumnosus deinde futurus.

24 Quod attenti & cogitabundi signum est.

25 Quæ furorem sapiunt, rabidi canes non latrant.

26 Meditantes nugamenta philosophica quale hoc est, *Ex nihilo nihil, &c.*

27 Hoc tanti est, *inquit Centurio*, vt ad pallorem studeas?

28 Philosophiæ placitis. Alij leg. *Hos* i. philosophos.

29 Robusta, militaris?

30 In rugas, præ effuso risu, contracto. * *Vt vero æger*, respondet philosophus, *neglecto medico perit: ita vitiosi isti qui philosophos animi medicos ludibrio & contemptui habent, miserè peribunt.* 31 Ordo est, Qui dicit medico, Inspice nescio quid sibi velint hæc— 32 —Febris symptomata & grauis morbi indicia, cordis palpitatio, respiratio ægra, & spiritus graueolentia: iussus requiescere ad quartum diem, non abstinet, sed in grauem morbum labitur.

33 Vt ex requie & abstinentia conualescat, quod fit inter initia morborum. 34 Vbi æger videt nocte tertia moderatè & εὐρύθμως conuenienter fluere— 35 —arteriarum pulsum, *vel*, venas simpliciter. 36 Ibi neglecto medici consilio, tanquam de morbo securus, poscit è domo diuitis cuiusdam amici— 37 —in lagena non admodum capaci.— 38 —Vina quorum austeritatem decoxit ætas— 39 —Sibi balneum ingressuro— 40 —E Surrento Campaniæ oppido. 41 *Medici interuenientis visentisque ægrum verba.* 42 *Æger respondet, morbum vel dissimulans vel non sentiens.* 43 Pallida cutis ab aqua intercuti intumescit. 44 Tu potius ô medice, *inquit deplorata spei æger*, mihi pallere & ægrotare videris, quin me mittis, & te curas? mihi te tutore nihil est opus, *idem faciunt perditi, qui correpti maledicta ingerunt.* 45 Hunc, *ait Philosophus*, incontinentem ægrum, medicus contemnentem iamdudum sepelij, efferetur mox mortuus tam scio quàm si iam extulissem— 46 —Tu contemptor philosophorum restas efferendus. Possunt & hæc esse verba ægroti dicentis: vnde nouus hic mihi tutor? priorem illum qui eadem quæ tu, vsque canebat, meque monendo inhibebat ne viuerem meo arbitrio, iamdudum extuli, spero & te propediem. *Omnes composui felices. Nunc ego resto*, inquit Horat. 9. Serm. 1. l. 47 Deride, viue *inquit Medicus* tuis moribus, ede, bibe, laua, animo tuo morem gere. Quantum ad me, taceo & abeo. 48 *Flet quidem æger spreto medico miserè: & hic etiam qui medici consilium, i. philosophi non contemnit, peribit.*

49 Pallido vel cibis distento. 50 Balnea intrat, quod ægrotis periculosum.

Gutture

Gutture ſulfureas lente exhalante [51] *mephites.*
Sed tremor inter vina ſubit, calidumq́ [52] *triental*
Excutit è manibus: dentes crepuere retecti,
Vncta cadunt laxis tunc [54] *pulmentaria labris.*
Hinc [55] *tuba, candelæ: tandemque beatulus alto*
Compoſitus [56] *lecto, craſſiſq́* [57] *lutatus amomis,*
In [58] *portam rigidos calces extendit: at illum*
[59] *Heſterni* [60] *capite induto* [61] *ſubiere* [62] *Quirites.*
[63] *Tange miſer* [64] *venas, & pone in pectore dextram.*
Nil [65] *calet hic, ſummóſq́ pedes attinge, manuſq́.*
Non [66] *frigent.* [67] *viſa eſt ſi fortè pecunia, ſiue*
b *Candida vicini ſubriſit molle puella,*
[68] *Cor tibi vite ſalit?* c *Poſitum eſt* [69] *algente catino*
Durum olus & [70] *populi cribro decuſſa* [71] *farina.*
[72] *Tentemus fauces: tenero latet* [73] *vlcus in ore*
Putre, quod haud deceat plebeia [74] *radere beta.*
d *Alges, cum* [75] *excuſſit membris timor albus ariſtas:*
e *Nunc* [76] *face ſuppoſita feruefcit ſanguis, & irâ*
Scintillant oculi: dicíſq́ faciſq́ quod ipſe
Non ſani eſſe hominis, [77] *non ſanus iuret Oreſtes.*

51 Grauiolentes à cruditate ſpiritus. Mephitis proprie eſt terreus putor ex ſolfureis & corruptis aquis aſcendens.
52 Calicem capientem tertiam ſextantem partem.
53 Ex tic more capitis, & totius ſolutâ compage dentes retecti labijs retractis ſtridere.
54 Cibi lauti enumerantur.
55 Mox illi mortuo apparantur quæ ad funeris ſolennitatem ſpectant, tubæ, tibiæ, faces &c.
56 Ferali.
57 Vnctus & polliciatus, vt Sat. 6. v. 75.
58 πρὸς τὰς πύλας ἐκτεταμένος pro ianua, verſus in ianuam pedibus, pro more componendi mortuos in ſeretro, qui enim vt plurimum in cauea vel portam ciuitatis

put nati fuerint in vitam, ita in pedes rurſus efferuntur ad ſepulturam extra quam efferebantur vrebantur, ſepeliebantur. 59 Recens manumiſſi ex teſtamento defuncti. 60 Pileo donati. 61 Feretro, præſtitui patrono ſupremum hoc officium. 62 Cines Romani a Quirino i. Romulo. 63 *Inquit medicina. i. philoſophiæ contemptor.* Quo mihi hæc de febre & morte? ego pulchrè valeo, tange arteriam, explora ſi mihi quis morbus. 64 Arteriam. 65 Non arguit calorem ſebri. 66 Nec frigent extremæ partes. 67 *Reſp. Philoſophus, immo grauioribus laboras morbis,* a *auaritiâ*, b *libidine*, c *mollitie*, d *timore*, e *iracundiâ*. 68 Annon cordi ſubito motu prodis animi morbum? 69 Olus ipſum in caldo algenti frigidum. 70 Non pollinario & ſubtili. 71 Panis cibarius. 72 Si poſsis his veſci. 73 Vlc. delicatæ gulæ. 74 Exaſperare vili cibo, & fabrorum prandio, betâ. Martial. 13. l. 13 ep. 75 Negabas te pallere aut algere. exanguis tamen timor te horrere facit, erexitque tibi pilos, ariſtarum more. 76 Dicebas modò nil caluiſſe. ecce autem bile ſuffuſus ſanguis circa cor ebullit velut igne ſuppoſito, & ira ſcintillant oculi. 77 Exacerbatus furijs matris Clytemneſtræ quam patris necem vltus, cum adultero AEgiſtho occiderat. h.e. *ipſi inſani iſti inſanum iudicabunt.*

SATY-

Esse quod [22] *Arcesilas* [23] *ærumnosiq; Solones,*
[24] *Obstipo capite, &* [24] *figentes lumine terram,*
Murmura cum secum, & [25] *rabiosa silentia rodunt,*
Atque exporrecto trutinantur verba labello,
Aegroti veteris meditantes somnia, [26] *gigni*
De nihilo nihilum, in nihilum nil posse reuerti.
[27] *Hoc est, quod palles? cur quis non prandeat, hoc est?*
[28] *His populus ridet, multúmque* [29] *torosa iuuentus*
Ingeminat tremulos naso [30] *crispante cachinnos.*
* *Inspice* [31] *nescio quid* [32] *trepidat mihi pectus, &* [33] *æ-*
Faucibus exsuperat grauis halitus, inspice sodes, (gris
Qui dicit medico; [34] *iussus requiescere, postquam*
Tertia compositas vidit nox currere [35] *venas,*
[36] *De maiore domo* [37] *modicè sitiente lagena,*
[38] *Lenia* [39] *loturo sibi* [40] *Surrentina rogauit.* (istud
[41] *Heus bone, tu palles:* [42] *Nihil est.* [41] *Videas tamen*
Quicquid id est: surgit tacitè tibi [43] *lutea pellis.*
[44] *Aut tu deterius palles: ne sis mihi tutor:*
[45] *Iampridè hunc sepeli:* [46] *tu restas,* [47] *Perge, tacebo.*
[48] *Turgidus hic epulis, atq;* [49] *albo ventre,* [50] *lauatur,*

22 Ego non studeo esse Philosopus, qualis fuit ille Arcesilas, qui cum nihil sciri affirmaret, dictus est *philosophiæ eucrsor* neque esse volo sapientum vnus vt—

23 —Solon legislator Athenienſis, vt me vigiliis, studijsque macerem, ærumnosus deinde futurus.

24 Quod attenti & cogitabundi signum est.

25 Quæ furorem sapiunt, rabi li a. canes non latrant.

26 Meditantes nugamenta philosophica quale hoc est, *Ex nihilo nihil, &c.*

27 Hoc tanti est, *inquit Centurio*, vt ad pallorem studeas?

28 Philosophiæ placitis. Alij leg. *Hos i.* philosophos.

29 Robusta, militaris?

30 In rugas, præ effuso risu, contracto. * *Vt vero æger*, respondet philosophus, *neglecto medico perit: ita vitiosi isti qui philosophos animi medicos ludibrio & contemptui habent, miseri peribunt.* 31 Ordo est, Qui dicit medico, Inspice: nescio quid sibi velint hæc— 32 —Febris symptomata & grauis morbi indicia, cordis palpitatio, respiratio ægra, & spiritus graueolentia: iussus requiescere ad quartum diem, non abstinet, sed in grauem morbum labitur.

33 Vt ex requie & abstinentia connalescat, quod fit inter initia morborum. 34 Vbi æger videt nocte tertia moderatè & εὐρύθμως conuenienter fluere— 35 —arteriarum pulsum, *vel*, venas simpliciter. 36 Ibi neglecto medici consilio, tanquam de morbo securus, poscit è domo diuitis cuiusdam amici— 37 —in lagena non admodum capaci.— 38 —Vina quorum austeritatem decoxit ætas— 39 —Sibi balneum ingressuro— 40 —E Surrento Campaniæ oppido. 41 *Medici interuenientis visentisque ægrum verba.* 42 *Æger respondet, morbum vel dissimulans vel non sentiens.* 43 Pallida cutis ab aqua intercuti intumescit. 44 Tu potius ô medice, *inquit diplorata spei æger*, mihi pallere & ægrotare videris, quin me mittis, & te curas? mihi te tutore nihil est opus, *idem faciunt perditi, qui correpti maledicta ingerunt.* 45 Hunc, *ait Philosophus*, incontinentem ægrum, medicus contemnentem iamdudum sepelij, efferetur mox mortuus tam scio quàm si iam extulissem— 46 —Tu contemptor philosophorum restas efferendus. Possunt & hæc esse verba ægroti dicentis: vnde nouus hic mihi tutor? priorem illum qui eadem quæ tu, vsque canebat, meque monendo inhibebat ne viuerem meo arbitrio, iamdudum extuli, spero & te propediem. *Omnes compositi felices. Nunc ego resto.* inquit Horat. 9. Serm. 1. l. 47 Deride, viue *inquit Medicus* tuis moribus, ede, bibe, laua, animo tuo morem gere. Quantum ad me, taceo & abeo. 48 *Filè quidem æger spreto medico morietur: & hic etiam qui medici consilium, i. philosophi non contemnit, peribit.* 49 Pallido vel cibis distento. 50 Balnea intrat, quod ægrotis periculosum.

Gutture

Gutture ſulfureas lente exhalante [51] *mephites.*
Sed tremor inter vina ſubit, calidumq́ [52] *trientem*
Excutit è manibus: dentes crepuere retecti,
Vncta cadunt laxis tunc [54] *pulmentaria labris.*
Hinc [55] *tuba, candelæ: tandemque beatulus alto*
Compoſitus [56] *lecto, craſſiſq́* [57] *lutatus amomis,*
In [58] *portam rigidos calces extendit: at illum*
[59] *Heſterni* [60] *capite induto* [61] *ſubiere* [62] *Quirites.*
[63] *Tange miſer* [64] *venas, & pone in pectore dextram.*
Nil [65] *calet hic, ſummóſq́ pedes attinge, manuſq́.*
Non [66] *frigent.* [67] *viſa eſt ſi fortè pecunia, ſiue*
b *Candida vicini ſubriſit molle puella,*
[68] *Cor tibi rite ſalit?* c *Poſitum eſt* [69] *algente catino*
Durum olus & [70] *populi cribro decuſſa* [71] *farina.*
[72] *Tentemus fauces: tenero latet* [73] *vlcus in ore*
Putre, quod haud deceat plebeia [74] *radere beta.*
d *Alges, cum* [75] *excuſſit membris timor albus ariſtas:*
e *Nunc* [76] *face ſuppoſita feruefcit ſanguis, & irâ*
Scintillant oculi: dicíſq́ faciſq́, quod ipſe
Non ſani eſſe hominis, [77] *non ſanus iuret Oreſtes.*

51 Græcolentes à cruditate ſpiritus. Mephitis proprie eſt terreus putor ex ſulfureis & corruptis aquis aſcendens.
52 Calicem capientem tertiam ſextam partem.
53 Ex tic more capitis, & totius ſolutâ compage dentes retecti labijs retractis ſtrident.
54 Cibi lauti ebo. monentur.
55 Mox illi mortuo apparantur quæ ad funeris ſolennitatem ſpectant, tubæ, tibiæ, faces &c.
56 Ferali.
57 Vnctus & pollinctus, vt Sat. 6. v. 75.
58 κατὰ πρόσωπον pro ianua, verſus in ianuam pedibus, pro more componendi mortuos in feretro, qui eum vt plurimum in cavo vel portam ciuitatis extra quam efferebantur vrebantur, ſepeliebantur.
59 Recens manumiſſi ex teſtamento defuncti.
60 Pileo donati.
61 Feretro, præſtitui patrono ſupremum hoc officium.
62 Cives Romani à Quirino i. Romulo.
63 *Inquit medicina i, philoſophia contemptor.* Quo mihi hæc de febre & morte? ego pulchrè valeo, tange arteriam, explora ſi mihi quis morbus.
64 Arteriam.
65 Non arguit calorem ĕ febri.
66 Nec frigent extremæ partes.
67 *Reſp. Philoſophus, immo grauioribus laboras morbis,* a *auaritiâ*, b *libidine*, c *mollitie*, d *timore*, e *iracundiâ*.
68 Annon cordi ſubito motu prodis animi morbum?
69 Olus ipſum in catino algens, i frigidum.
70 Non pollinario & ſubtili.
71 Panis cibarius.
72 Si poſſis his veſci.
73 Vlc. delicatæ gulæ.
74 Exaſperare vili cibo, & fabrorum prandio, betâ. Martial. 13. l. 13 ep.
75 Negabas te pallere aut algere. exanguis tamen timor te horrere facit, erexitque tibi pilos, ariſtarum more.
76 Dicebas modò nil caluiſſe, ecce autem bile ſuffuſus tanguis circa cor ebullit velut igne ſuppoſito, & ira ſcintillant oculi.
77 Exagitatus furijs matris Clytemneſtræ quam patris necem vltus, cum adultero Ægiſtho occiderat. h. e. *ipſi miſmi ut inſanum indicabant.*

SATY-

SATYRA IIII.

Sub personâ Socratis Alcibiadem obiurgantis, inuehitur in Neronem, qui nobilitatis suæ ostentatione & populi assentatione inflatus Remp. est agressus: ad cuius administrationem (bene licèt ad tempus dissimulet) nullis prudentiæ ciuilis, ne scientiæ quidem moralis sit remis instructus.

1 Tûne rempublicam administras?
2 Barbas alebant philosophi promissas ad grauitatem.
3 Socratem magistrum tuum ô Alcibiades, *vel*, magist. cuius è schola tanquam ex equo Troiano prodierunt Philosophorum secta. Socratem autem inducit monentem & corripientem Alcibiadem, quò à se amoueat periculum & suspicionem tyranni Neronis Imp.
4 Haustus cicutæ pœna capitalis apud Athenienses.
5 Fraude & inuidia circumuentum, quasi de dijs malis sentiret, &c. Xenoph. Δοκιμασίᾳ.

1 *REm populi tractas?* 2 *(barbatum hæc crede*
3 *magistrum*
Dicere 4 *sorbitio tollit* 5 *quem dira cicutæ)*
6 *Quo fretus? Dic hoc magni* 7 *pupille Pericli.*
Scilicet 8 *ingenium, &* 9 *rerum prudentia* 10 *velox*
Ante pilos venit, dicenda, tacendáque calles.
Ergo cùm motâ 11 *feruet plebecula* 12 *bile,*
Fert animus calidæ fecisse silentia turbæ
Maiestate 13 *manus: quid deinde loquêre? Quirites,*
Hoc, puto, non iustum est, illud malè, rectius illud.
14 *Scis etenim iustum gemina suspendere lance*
Ancipitis libræ: rectum discernis, vbi 15 *inter*
Curua subit, vel 16 *cum fallit* 17 *pede regula varo:*
Et potis es nigrum 18 *vitio præfigere* 19 *theta.*
Quin tu igitur summa nequicquam 20 *pelle decorus*
Ante diem blando 21 *caudam iactare popello*
Desinis, 22 *Anticyras* 23 *melior sorbere meracas?*

6 Quâ arte? 7 Alcibiades tutelâ auunculi tui Periclis insignis & iactabunde. *Et Neronem Poppæa pupillum vocauit vt cui tutores essent Burrhus & Seneca.* 8 *Ironicè.* Tibi proculdubio contigerunt artes & scientiæ— 9 —τέχνη πολιτικὴ, & experientia rerum— 10 —Præcox, ante barbam & annorum maturitatem. 11 Seditiola iacuit. 12 Irâ & tumultu 13 Porrectæ vel motæ, in signum silentij. 14 *Quatuor sequentes versus lege Ironicè, vel interrogatoriè.* 15 Inter duo extrema vitia, iniusta. 16 Vbi legis norma variauda est pr. pter variam circumstantiæ alicuius exceptionem *vel*, vbi lex ipsa non recta sit: poteris tu vitiosam regulam coarguere? 17 Crure regulæ intorto. *Metaph à fabrili arte.* 18 Vitiorum reis & conuictis. 19 Θ literam condemnatoriam notam mortis, θανάτου. 20 Alcibiades formâ: Nero triumphali veste, vel simulatâ probitate, vultu etiam pulchro. 21 Panonum more expassâ caudâ te venditare, vel instar canis motâ cauda adulari, & cantare auram popularem. 22 Elleborum in insula Anticyra copiosè natum, ortam ex melancholia insaniam purgant. 23 Aptior, cui ipsi magis opus erat dementia & vitijs purgari quàm curam aliorum suscipere, regi quàm regere.

24 *Quæ*

[24] *Quæ tibi* [25] *ſumma boni eſt?* [26] *vnctâ viviſſe patellâ*
Semper, & aſſiduo [27] *curata cuticula* [28] *ſole.*
[29] *Expecta: haud aliud reſpondeat hæc anus. I nunc*
[30] *Dinomaches ego ſum.* [31] *ſuſta, ſum* [32] *candidus.* [33] *E-*
Dum ne deterius ſapiat pannucia [34] *Baucis,* (*ſto*
Cum bene [35] *diſcincto* [36] *cantauerit* [37] *ocyma vernæ.*
[38] *Vt, nemo in ſeſe tentat deſcendere, nemo.*
[39] *Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo.*
[40] *Quæſieris: Noſtin' Vectidi prædia? cuius?*
Diues [42] *arat* [43] *Curibus quantùm non miluus* [44] *oberret:*
Hunc ais? [45] *hunc dijs iratis,* [46] *genióque ſiniſtro:*
Qui [47] *quandoque iugum* [48] *pertuſa* [49] *ad compita ſigit.*
Scriolæ veterem metuens deradere [50] *limum,* (*dens*
[51] *Ingemit. Hoc bene ſit:* [52] *unicatum cum ſale mor-*
Cæpe: & [53] *farrata* [54] *pueris plaudentibus olla,*
[55] *Pannoſam fæcem morientis ſorbet aceti?*
[56] *At ſi vnctus ceſſes, &* [57] *figas in cute ſolem,*
Eſt prope te [58] *ignotus,* [59] *cubito qui tangat, &* [60] *acre*
Deſpuat in mores: penemque arcanaque lumbi

24 *Tantum abes à prudentia ciuili, qui finis eſt, vt ne mortium quidem ſcientiam vllam habeas.*

25 Quidnam n. tibi ſummum bonum eſt?

26 *Reſpondet ex perſona Alcibiadis cum Neronis,* Gula & luxus.

27 Libido & mollis impudica corporis cura.

28 Inſolatio cutis ad acquirendam corporis ſiccitatem, vide vers. 35. ſeq.

29 Reſtè, arrende parumper, *inquit Porta.* Tu princeps (ſi dijs placet) nihilo ſanius tuaris de ſummo bono quam mulierecula hæc in tranſitu quæ olera venalia clamitat.

30 Nobiliſſimæ fœminæ, filium te ia-

ctâ ô Alcibiades, ſic Nero Agrippinæ. 31 Hoc ſolum habes quod glorieris, tumidus, & opponas. 32 Speciosus & pelle decorus. 33 Quid hoc? ſi nihilo plus ſapias quàm Baucis pannoſa. *Donat.* multis conglobata pannis. *alijs* rugoſa vt Plin. 5. 14. pannucea mala. 34 A Poetis vſurpatum nomen veteræ olitricis. 35 Diſſoluto. 36 Promercalia clamitauerit. 37 βασίλειον, pro quouis olere poſitum, *vel* cantando ocymum quod Græci etiam μυσσὸν ἄλγον appellant, ſeruis exprobrat conditionem ſuam.

38 Vide quàm nemo te noſſe laboret, alium omnis. *Tu princeps aliorum vitia inquiris, reprehendis, damnas: ad tua interim communes ac illa putas latere, nec tamen latent, dum tu de noſtris moribus cognoſcis, & nos de tuis.* 39 Ex apologo Æſopi, præcedentium vitia cernuntur à ſequentibus. 40 *Tu quæris,* an norim diuitis illius prædia, *cuius auaritiam inſectari vis.* 41 *Ego requiro* cuius? an illius qui — 42 — Poſſidet *vel ſimpliciter arat.* 43 In Sabinis. 44 Circumuolando, non emetiatur. 45 *Tu refers* Dico illum ipſum Vectidium, natum, *vel* viuentem dijs, hominibus atque ſibi malè. 46 Quem defraudat. 47 Quandocunque, ſi quando — 48 — Ad pertusa, rimoſa, hinc inde patentia compita — 49 — Inſpenſo iugo compitalia celebrat, *vel* ipſo die feſto vix ſoluat iugum. 50 Picem, i. relinere. vide Iuuen. Sat. 6. verſ. 33. 51 Cum genium fauſtum hoc verbum *Bene ſit* pronunciat, quod Virgilio & eclog. *bonum ſit.* 52 Non purgatum. 53 Poltem è farre in olla coctam. 54 Familiâ liberis ſuis & ſeruis exultantibus, ac ſi lautè tractentur. 55 *In hoc verſu quauis dictio eſt emphatica.* Vappam cui inſunt floces, flocci quidam & pannuli. 56 *Tuam verò, qui in alienam auaritiam & ſordes paratus es dicere, probroſam libidinem eſt qui vitaret & reprehendat.* 57 Ad ſolem te vngas, vt oleum imbibitum cutim reddat nitidam. 58 Quem tu non cogitas. 59 Animaduertat & arguat. *Nonne vides, aliquis cubito ſtantem prope tangit.* Horat. 60 Acriter execretur.

61 *Rum-*

61 *Rumpentem populo marcentes* 62 *pandere vuluas.*
63 *Turbum* 64 *maxillis* 65 *balanatum* 66 *gausape pectas,*
Inguinibus quare detonsus 67 *curgulio extat?*
Quinque 68 *palæstritæ licet hæc* 69 *plantaria vellant,*
70 *Elixásque nates labefactent forcipe adunca,* 40
Non tamen ista 71 *filix vllo mansuescit aratro.*
72 *Cædimus, inq; vicem præbemus crura sagittis.*
Viuitur hoc pacto: 73 *sic nouimus. Alia subter*
74 *Cæcum vulnus habes. sed lato* 75 *balteus auro*
Prætegit: vt mauis, 76 *da verba, &* 77 *decipe neruos,* 45
Si potes. 78 *Egregium cum me vicinia dicat,*
Nan credam? 79 *viso si* 80 *pallesimprobe* a *nummo,*
b *Si facis, in penem quicquid tibi venit* 81 *amarum,*
82 *Si* 83 *Puteal multa* c *cautus vibice flagellas:*
Nequicquam populo 84 *bibulas donaueris aures.* 50
85 *Respue quod non es:* 86 *tollat sua munera cerdo:*
87 *Tecum habita: & noris quàm sit tibi curta supellex.*

61 Radicitus euellentem, depilantem.
62 Vt patiaris mulierbria.
63 *Cur capillos & barbam alens depilas prudenda? vt sc.* — τὶ σοι βάλεται πῦ ἄδαν ἡ κα-θαρὰ λεῖα τὲ ἡ ὀλισθηρὰ ἐργάζεθαι, ἃ μὴ δὲ ὁρᾶθαι θέμις. Lucian. in ψευδολογίστ.
64 Pectine dentato instar maxill. *al.* com max i. *& maxillas*, h.e. mentum & genas.
65 Balanino vnctum.
66 Capillitium, instar gantapis villosi, *al.* barbam.
67 Mutu, à similitudine curgulionis, vel columellæ, vel vermiculi. 68 Depilatores robusti, velut palæstritæ. 69 Pilos. 70 Assiduis balneis. *vel* ad ῥωπακισμὸν lotas.
71 Isti pili nullo psilothro, vel forcipe penitus euelluntur. 72 Vt gladiatores dum a lanistarium petunt se telo exponunt: ita & nos aliorum vitia inquirendo præbemus ijs occasionem de nostris cognoscendi. 73 Ex tua in alienis vitijs acri disquisitione.
74 Libidinem dissimulatam. 75 Potentia tua & imperium tua vitia tegunt.
76 Se tuę non latent, quin te decipe si potes, & — 77 — Finge te sanum. *vel* imperij onus sustine vltra vires. 78 *Inquit Alcibiades Nero.* 79 Si *sis* a *auarus, inquit Poeta,*
b *bibulosus.* c *inustus, reiecta populi assentatione, ne affectes Rempublicam sibi conscius quàm prudentiâ sis destitutus.* 80 Desiderio nummi. 81 γλυκύπικρον, libidinis n. non raro, acerbi exitus. 82 Si delatorum litigijs forum vexari pariaris, *vel*, si primos vrbis vicos non cum gladiatoribus pererrans, obuios cædis, *vel*, si puteal grauissimæ fœneratorum vsuræ te permittente vexent. 83 Puteo labrum magnificum impositum iuxta Fabianum arcum, ad portam Iuliana vbi fœneratores versari, & indices iurare soliti, ibidemque tribunal.
84 Iauéis sitibundas, credulas. 85 Noli tibi arrogare & sumere, quod non habes.
86 Nec crede assentationibus, sed sibi habeat vanas, suas laudes leuis & vili populus.
87 Tu te examina, & comperto quantula sit tibi prudentiæ ciuilis ad remp. administrandam vis, intra pelliculam tuam te contine.

SATY-

SATYRA V.

Gratum erga Cornutum præceptorem suum testatur animum. Deinde quæ sit vera libertas ostendit, idque iuxta Stoicorum paradoxon: *solum sapientem liberum esse.*

[1] VAtibus hic mos est, centum sibi poscere voces,
Centũ ora, & linguas optare in carmina centũ:
[b] Fabula seu mœsto [2] ponatur [3] hianda tragœdo,
[c] [4] Vulnera seu Parthi [5] ducentis ab inguine ferrum.
[6] Quorsum hæc? aut quantas [7] robusti carminis offas
[8] Ingeris, vt par sit centeno gutture niti?
Grande locuturi, [9] nebulas [10] Helicone legunto:
[11] Si quibus aut [12] Procnes, aut si quibus olla [13] Thyestæ
[14] Feruebit, sæpe insulso [15] cœnanda [16] Glyconi.
[17] Tu neq; anhelanti, [18] coquitur dum massa camino,
Folle premis ventos: [19] nec clauso murmure raucus
Nescio quid tecum graue cornicaris ineptè,
Nec [20] scloppo tumidas intendis rumpere buccas.
[21] Verba togæ sequeris, [22] iunctura callidus acri,
Ore [23] teres modico, [24] pallentes [25] radere mores

1 Huius temporis Poetis qui—b—tragœdias & (Neroni adulantes)—c—Parthica scribunt bella, mos est centum poscere voces, *in imitationem Homeri 2. Iliad. Virg. & AEneid. Ouid. 12. Metam.*

2 A Poeta Tragico scribatur. 3 summâ vocis contentione pronuncianda à mœstitiam præ se ferente Tragœdo, i. actore seu histrione.

4 Data, *vel* accepta.

5 E vulnerato inguine extrahentis, *vel* Parthi, dum fugere se simulat, sagittas mittentis in hostes ab inguine ducto. vti alijs iaculandi mos ab aurficula, manũ, *vel* humero. *Virgatis iaculantis ab inguine tractis.* Propert. 4. vbi tot. Scal. Iacularia ab inguine barbarum est: vt à capite Græcum. 6 Fingit Cornutum quasi præsentem quærere, *In quem finem linguas & voces istas poscas Satyricus?* 7 Fortis epici carminis ampullas & globulos verborum *Metaph. duriæ.* 8 Intendis, obijcit, vt opus sit cent. gutture niti? 9 Tumida figmenta, specie magna, nugas sonoras. 10 Vide Prologi vers. 4. 11 Quicunque scripturi sunt tragœdias quarum argumenta sunt filij olla cocti & appositi patribus Tereo & Thyestæ. 12 Quæ Ityn filium Tereo marito coctum apposuit, vltà vim eius & stuprum Philomelæ illatum. 13 Cuius filios decoctos Atreus frater illi apposuit cœnandos in vltionem incestûs cum Europa vxore sua. vide quæ nos ad Senecæ Thyestem. 14 Maximâ animi concitatione & acri studio describenda feruebit. *continuata allegoria ab Olla, vt &* — 15 —cœnanda & repræsentanda. 16 Tragœdiarum illi actori insulso, vt cui crambe toties repetita non pariat nauseam. 17 Tu non scribis argumenta inflata & versos ampullosos, quibus meditandis pronunciandisque anhelantes opus sit agitare pulmones, non secus ac concluſæ auræ follibus vexantur dum igni mollitur ingens ferri massa. 18 Imitatio Hor. Sat. 4. lib. 1. 19 Nec altè cogitabundus ineptè vel expatiaris, vel rancâ & compressâ voce more cornicum tibi obmurmures. 20 Sonantiore inter recitandum emisso spiritu, ex aere buccis incluso. 21 In communi vsu posita. *alij* Satyram intelligunt quæ tota Romana est, vt & toga. 22 Compositione accurata. Sat. 1. v. 65. 23 Concinnus, sibi modesto non hianti & turgido ore. alij legunt *teres*. i. explicas, expolis. 24 Quos quis male conscius horret, erubescendos mores, quorum mentione & conscientia pallet aut *rubet* changeth colour *auditor cui frigida mens est.* Iuuen. 1. 25 Reprehendere, carpere, perstringere.

[26] *Doctus &* [27] *ingenuo culpam defigere ludo.*
[28] *Hinc trahe quæ dicas:* [29] *mensasque relinque* [30] *Mycenis*
Cum [31] *capite & pedibus:* [32] *plebeiaq; prandia noris*
[33] *Non equidem hoc studeo,* [34] *bullatis vt mihi* [35] *nugis*
Pagina turgescat, [36] *dare pondus idonea fumo.*
[37] *Secreti loquimur: tibi nunc hortante* [38] *Camœna*
Excutienda damus præcordia: [39] *quantaque nostræ*
Pars tua sit Cornute animæ, tibi dulcis amice,
Ostendisse iuuat. [40] *pulsa, dignoscere cautus*
[41] *Quid solidum crepet, &* [42] *pictæ tectoria linguæ.*
[43] *His ego centenas ausim deposcere voces.*
Vt quantum mihi te [44] *sinuoso in pectore fixi*
[45] *Voce traham pura: totumq; hoc verba* [46] *resignent*
Quod latet [47] *arcanâ non enarrabile fibrâ.*
Cùm primum [48] *pauido* [49] *custos mihi* [50] *purpura*
[51] *cessit*
[52] *Bullaque* [53] *succinctis Laribus* [54] *donata pependit:*
Cum [55] *blandi comites, totaque impune* [56] *Suburra*
Permisit (*charissè*) *oculos iam* [57] *candidus vmbo:*
Cùmq; [58] *iter ambiguum est, & vitæ nescius error*
Diducit [59] *trepidas* [60] *ramosa in compita mentes,*
Me tibi suppositi: teneros tu suscipis annos

26 Scient.
27 Vrbanis & salsis iocis.
28 Ex eadem mente, eodem stylo & subiecto.
29 Tragica illa argumenta relinque—
30 —Græcis tragicis atque ijs qui grande & tumidum carmen affectant.
31 Capite, pedibus & manibus Plisthenis & aliorum filiorum Thyestæ, quæ reseruauit Atreus inspicienda fratri. vide Senec. Thyest.
32 Tumores populi Satyrico stylo fugiendi.
33 *Resp. Persius:* Non posco centenas voces ad turgida illa atque Tragica: sed quibus sufficiam tuis erga me meritis & Cornute, tibique gratijs agendis.
34 Ampullosis, vanis.
35 Speciosis pigmentis.
36 Carmine graui argumentum leue exornare, atque extollere.
37 Ingenuè, sincerè, perinde ac si secreti loqueremur. 38 Grata ac simplici musa, *vel* versu. 39 Quàm pars melior & maior sis animæ nostræ, meæ. 40 Tange, pulsa digito, vt qui fictilia explorant. 41 Quid integrum & verum sonet— 42 —quid simulatum & fucatum. *Metaph. à parietum incrustationibus.* 43 Ad animum sincerè gratum exprimendum non ad sonoras fabulas & inflatas nugas. 44 Intimis penetralibus, & ipsis animi mei latebris 45 Ingenuè profectam. 46 Vnâ meâ linguâ. 47 Intimo cordis recessu. 48 Sub præceptoris imperio, *vel* vim timenti aliunde. 49 Pudicitiæ & verecundiæ, cuius tinctura & symbolum purpura. 50 Toga, cui prætexitur purpura: qua Romanorum filij ad pubertatem ætatis sc. annum xvj. assiciebantur. 51 Reliquit me, sumptâ iam virili togâ. 52 Cordis figuram habent, ante pectus ingenuis annexa nobilium filijs aurea, tenuiorum fil. coriacea. Iuuen. Sat. 5. v. 163.
53 Gabino cinctu, *vel* habitu peregrinantium formatis, & caninis pellibus amictis. 54 Pueris, cum ex ephebis excederent, bullas & prætextas laribus consecratas ad suam cuiusque effigiem appendere mos erat. 55 Assentantes, non tigidi vt pædagogi. 56 Vico Rom. quòd sub vrbe antiqua esset dicto, infami & lubrico, in quo habitabant meretrices, vide quæ ad Martial. ep. 35. l. 1. c. 57 Clypeus qui mihi, pro more Romano, in viros iam transcripto, meij iuris facto, & tyroni datus est *albus*, i. insigni vacuus, stipendijs & rebus pulchrè gestis postmodò insigniendus, *vel* centrum plicarum togæ virilis albæ in vmbonis formam corrugatum. Casaub. 58 Alludit ad biuium Herculis Prodici apud Xenoph. 2. Apomn. 59 Anxiè dubitas. 60 Allud. ad literam Pythagoræ Y, *vbi se via findit in ambas.* sup. Sat. 3. v. 56.

61 Sed

[61] *Socratico Cornute sinu, tunc* [62] *fallere solers*
Apposita [63] *intortos* [63] *extendit* [63] *regula mores:*
Et premitur ratione [64] *animus, vincíq;* [65] *laborat,*
Artificémque tuo ducit sub pollice vultum.
Tecum etenim longos memini consumere [67] *soles,*
Et tecum [68] *primas epulis decerpere noctes.*
Vnum opus, & requiem pariter disponimus ambo,
Atque [69] *verecundâ laxamus seria* [69] *mensâ.*
Non equidem hoc dubites, amborum [70] *fœdere certo*
Consentire [71] *dies, & ab vno sidere duci.*
* *Nostra vel æquali suspendit tempora* [72] *libra*
Parca [73] *tenax veri, seu* [74] *nata* [75] *fidelibus* [74] *hora*
Diuidit in [72] *Geminos concordia fata duorum:*
Saturnúmq; graue nostro [77] *Ioue* [78] *frangimus vnà.*
Nescio quod, certe est quod me tibi temperat, astrum.
Mille hominum species, & rerum discolor vsus:
Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno.
Mercibus hic Italis mutat [82] *sub sole recenti*
Rugosum piper, & [83] *pallentis grana cumini:*
Hic satur, [84] *irriguo mauult* [85] *turgescere somno.*
Hic campo indulget: hunc alea [86] *decoquit: ille*
In [87] *Venerem est putris: sed cum* [88] *lapidosa chiragra*
Fregerit articulos veteris [89] *ramalia fagi,*
Tunc [90] *crassos transisse dies, lucémq;* [91] *palustrem,*
Et sibi iam seri vitam ingemuere [92] *relictam.*

61 Institutione Stoicæ Socratis schola.
62 Absque tædio aut rigore flectere & emendare, *vel*, lege ostendit: & ordinate, solers regula apposita ostendit intortos mores fallere, i quod praui mores in errores exitiosq; trahant.
63 Intort. Extendit. Key *translata à fabrili arte*.
64 Appetitus & melior pars irrationalis animi subiugatur & doceur parere rationis imperio.
65 Ægrè, nec sine luctâ vincitur.
66 Pollice artifici. *Hypallage, vel reflius* induit, fumit institutionis formam arte laboratam. *à signulis translata*, Iunen Sat. 7. v. 136.
67 Dies.
68 Primas partes noctium.
69 Relectione, *vel* facetijs & talibus modestis.
70 Situ & consensu siderum, qui plurimùm valet ad similitudinem morum, vnde amicitia.
71 Natiuitates cen vitas.

* Siue vtriusque nostrũ natiuitatibus præfuerit Libra vel Gemini, ceu alia quauis constellatio, ex cuius influentia nobis iisdem mores eædem dispositiones, eadem studia. 72 Sub Gemini, Libra, & Aquario nati, *Vnum pectus habent, fidetique immobile vinclum.* Manil. 1. lib. 73 Veritatis & Iustitiæ, vt quæ sub Libra *vel non vsenda x*, vt Hor. od 16. lib. 1. *inuiolabilis*. 74 Horoscopus. 75 Qua nascuntur fideles *Hypallage*. 76 Saturni inimici sideris malignitatẽ. 77 Clementia benigni Iouis qui nos nascentes aspexit. 78 Temperamus, mitigamus, impedimus. Hor. od. 17. lib. 2. *Seu hora, seu me, &c.* 79 Vel aliud quod sidus nos inclinat vt amicè conspiremus. 80 *Et cum varia sint vitæ instituta: a alij diuitias, b voluptates sibi proponant alij, c ita Sapientia antistes præis iuuentuti Rom. ad artes & mores.* 81 Voluntas, vitæ institutum. 82 In regionibus Orientalibus, *hic mutat merces surgente à sole.* Hor. lib. 1. ser. 4. 83 Quod potum gignit pallorem. *vel simpliciter* pallentis. 84 Sublati à stomacho vapores & à frigore cogunt rebri in humores resoluti irrigant sensoria obstruunt; que meatus, vnde somnus. 85 Saginat n. somnus. 86 Consumit. 87 In Venerem solutus, & exhaustus ad putredinem vique. 88 Propter lapillos qui arthriticis in articulis concrescunt materiam sc. calculosam quæ Tartarus dicitur à similitud. 89 Manus & pedes, homo n. assimilatur arbori inuersæ. 90 In luxu, & ignorantiâ caligino sâ actos. 91 In voluptatũ cœno & impuritate. 92 Vide Sat. 3. 38.

*At c te nocturnis iuuat [93]impalleſcere chartis,
Cultor enim iuuenum [94]purgatas inſeris [95] aures
[96] Fruge Cleanthea. petite [97]hinc iuuenéſq; ſeneſq;
[98] Finem animo certũ, [99] miſeriſq; viatica canis. 65
[2] Cras hoc fiet. [3] Idem cras fiet. [4] quid? quaſi magnũ
Nempe diem donas. [5] ſed cum lux altera venit,
Iam cras heſternum conſumſimus: ecce aliud cras
[6] Egerit hos annos & ſemper paulum erit vltra.
[7] Nam quamuis prope te, quamuis temone ſub vno 70
Vertentem ſeſe, fruſtra ſectabere [8] canthum,
Cum rota, poſterior curras, & in axe ſecundo.
* Libertate opus eſt: non [9] hac, vt quiſq; [10] Velinâ
[11] Publius [12] emeruit [13] ſcabioſum [14] teſſerula far
Poſſidet. [15] Heu ſteriles, veri, quibus vna [16] Quiritem 75
[17] Vertigo facit: [18] hic Dama eſt non [19] treſſis agaſo,
[20] Vappa, [21] & lippus [22] in tenui farragine mẽdax.
[23] Vertrit hunc dominus, momento [24] turbinis [25] exit
[2] Marcus Dama. papæ! Marco [b] ſpondente recuſas
Credere tu nummos? Marco ſub [c] iudice palles. 80
Marcus [d] dixit: ita eſt. [e] adſigna Marce tabellas.

93 Ex ſtudio pallorem contrahere.
94 Purgata vitijs, *vel* præpatatas, dociles.
95 Auriculas. *& eſt Hypallage, pro*, auribus frugem Cleanthis inſeris. *Metaph.*
96 Diſciplinâ Ethicâ Stoicâ, Cleanthes 2. Zenonis fuit diſcipulus & ſucceſſor.
97 Ex hac diſciplina, & philoſophia.
98 Qui finis eſt virtus & honeſtum.
99 Præſidia aduerſus miſerias quas fert ſenectus, è mente Bianti, qui filio ſuaſit vtiliſſimum ſenectuti comparare viaticum Virtutem & Sapientiam.
1 Capillis, canitiel, ſenectuti.
2 *Hoc ignauus iuuenis procraſtinabit ſtudia dicẽtque:* Cras vacabo philoſophiæ.
3 Immò *inquit poeta*, idem cras facies quod hodie, & diſſeres vſque. 4 Quid, *inquit Iuuenis?* Adeóne magna res eſt vna ad voluptatem diecula conceſſa mihi cras aliam viuendi rationem inituro? 5 Sanè, *reſpondet poeta*, non ita grauis eſt vnius diei iactura, ſi modò vnius tantùm eſſet: verùm vbi perijt heſternus ille quem tibi indultum fore petebas, neque hic dies videt te ſaniorem quin & alterum petis cras: ecce prorogatam hoc indies cras aliud protrudit aliud: abſumitque totos annos, atque ita in æternum compẽdinabitur, vide Martial. ep. 59. l. 5. 6 Pellit, trudit, præterit. ab *Egero, ſi.* 7 Quamuis n. tu vt poſterior rota in axe ſecundo curras: priorem rotam, *i. craſtinum diem*, prope te videas, & nox te poſſe aſſequi putes, cum tamen illa ſub eodem temone, *i. eodem tenore & curſu* aufugiat, fruſtra attingere conaris. 8 Ferrum quo rota munitur, *pon. pro rota.* * *Qui igitur felicitatem tibi proponis, Philoſophia abſque mora vaca, huic inſternias oportet, vt vera tibi contingat libertas. Non differtur in diem, qui ſe illi ſubiecit, ſtatim circumagitur*, inquit Seneca. *Quæ tamen non eſt hæc ciuilis, &c.* 9 Non hac ciuili, qua vt quiſque ſeruus— 10 — in tribum aliquam relatus. Velina a. nomen tribus quæ numero aliarum acceſſit. 11 Nomine patroni aſſumpto, qui libertis mos erat. 12 Cui iam emerito & manumiſſo publicè præbetur frumentum. 13 Corruptum. *alij leg.* Scabroſum. 14 Teſſera eſt ſignum quod accipiebant ciues à curatore annonæ, à quo frumentum publicè erogabatur ad pauperes ciues ſublenandos. 15 Quàm fallantur? 16 Ciuem Rom. 17 Circumactio. manu mittendum dominus coram prætore dextra prehenſum in orbem rotabat, & è manu mittebat, vt ſuæ eſſet poteſtatis, quaſi ſignificans licere iam illi ire in quamcunque partem vellet. 18 Nuper Dama ſeruus nunc Marcus Dama liber & ciuis. 19 Vix tribolaris mulio, i. ſeruus infimæ conditionis. 20 Moribus nequam, inſulſus vt vappa, i. vinũ inſipidũ & corruptũ per interitũ caloris vitalis. 21 Scientię rudis. *Tranſl. à corpore ad animũ.* 22 In rebus villiſſimis, etiam iumentorum cibarijs fallax & fraudulentus. 23 Poſtquam tamẽ verterit hunc dominus. 24 Circumactionis. 25 Factus eſt, *a* ciuis & liber, *b* ſponſor, *c* iudex, *d* teſtis, *e* teſtatur. *& hæc dicit vocem manumiſſi Dama, ceu fautor eius, vel etiam Poeta Iron.*

Hæc

Hæc mera libertas, hoc nobis [26] *pilea donant.*
[27] *An quisquam est alius liber, nisi ducere vitam*
Cui licet, vt voluit? licet, vt volo, viuere: non sim
Liberior [28] *Bruto?* [29] *Mendosè colligis, inquit,*
Stoicus hic, aurem mordaci lotus aceto.
[30] *hoc reliquũ accipio:* [31] *licet illud & vt volo tolle.*
[32] *Vindictâ postquam* [33] *meus à prætore recessi,*
Cur mihi non liceat iussit quodcunque voluntas,
Excepto si quid [34] *Masurii* [35] *rubrica vetauit?*
[37] *Disce: sed* [38] *ira cadit naso, rugosaq; sanna,*
Dum [39] *veteres auias tibi de* [40] *pulmone reuello.*
[41] *Non prætoris erat stultis dare* [42] *tenuia rerum*
Officia, atque vsum rapidæ permittere vitæ.
[43] *Sambucam citius caloni aptaueris alto.*
*Stat contra ratio, & secretam * garrit in aurem,*
Ne liceat facere id, quod quis vitiabit agendo.
Publica lex hominum, naturáque continet hoc fas,
[44] *Vt teneat vetitos inscitia debilis actus.*
[45] *Diluis helleborum* [46] *certo compescere puncto*
Nescius examen? vetat hoc [47] *natura medendi.*
[48] *Nauem si poscat sibi peronatus arator*
[49] *Luciferi rudis, exclamet* [50] *Melicerta perisse*
[51] *Frontem de rebus.* [52] *Tibi* [53] *recto viuere tale*
[54] *Ars dedit? &* [55] *veri speciem dignoscere calles,*

26 Serui manumissi, raso capite, à dominis pileum libertatis insigne sumebant.
27 *Etiam syllogizat M. Dama.*
28 M. Iunio Bruto qui regibus exactis libertatis auctor fuit.
29 Hîc philosophus Stoicus acutus & acrimonia iudicij Dialectici autem instructus respondet: Falsè argumentaris.
30 Maiorem propositionem probè intellectam accipio.
31 Minorem nego.
32 *Dama assumpti. onem probatum iturus inquit:* Postquam virgâ prætoris (qua manumissis caput tangit iubens eos, *Liberos esse*) pronunciatus sum liber.
33 Mei iuris & arbitrij, i. liber.
34 Præterquam quod legibus cautum est.
35 Masurius Sabini iurisconsulti celeberrimi tempore Liberij Imp.
36 Legum titoli minio notati. 37 *Resp. Stoicus vel Porta.* 38 Nec irascere, neque irride, quod te doceam. 39 Inueteratas opiniones & aniles de libertate, dum ciuilis ista pro vera illa animi ab imperitis habetur. 40 Imo pectore. 41 Non in manu prætoris, sed philosophi erat. 42 Subtilia per differentias & circumstantias officia. 43 AEquè exigas à stupido puero militis (qui quòd κηλὰς, i. ligna baiulabat. *vel*, quòd clauam ligneam gerebat. Calo dictus est) vt lyram scitè tangat, *alij vt machinam illam pulvereticum intendat ac trallet*, atque ab hoc Dama quem prætor ciuili donauit libertate, vt liberè & secundum rationem agat. * Alii *gemat.* 44 Vt pro vetitis habeat ea quæ quis non didicit. vt tanquam prohibitus abstineat, neue profiteatur exerceátve artem quam non nouit. 45 Medicam artem exercens de elleboro. Sat. 3. v. 16. 46 Nec certâ habitâ cognitione pharmaci diluendi & præparandi, nec morbi, tempestatis, anni, ægroti constitutionis, virium, &c. 47 Aut quæ naturam imitatur, Medicina. 48 Gubernandam. 49 Stellarum etiam mediocri cuius gubernatori notarum. 50 Deus marinus qui Palæmon & Portumnus dict. i. *quinis exclamet.* 51 Pudorem, cuius sedes frons est. 52 Quòd si philosophia te docuerit hæc officia seq. 53 ὀρθοποδεῖν, to walke vpright. 54 Philosophia, rectè viuendi ars. 55 Quod verum esse videtur, nec est: apparens bonum à vero bono discernere.

56 Ne qua simulata hypocrisis, *vel*, species veri aut boni, velut numus subæratus & adulterinus qui raucum & surdũ sonat, te fallat.

57 Approbas bona.

58 Damnas mala, à more illorum qui bona lapillo albo, mala nigro signabant. Sat. 3. v. 1. Creta an carbone notandi? Hor. l. 2. 3. Ser.

59 Frugalis, modico contentus cum lare fundo.

60 Prout occasio postulet liberalitatem exercere.

61 Si potes præterire numum à pueris in via vel clamo fixum, vel funiculo adstrictum & proiectum quo tentent prætereuntes: annos, quos timidae inclinarint se ad tollendum numum, retracto eo pueri derideant. *In triuũs fixũ qui se demittit ob assem.* Hor. 1. Ep. lib. 1.

56 *Ne qua subærato mendosum tinniat auro?*
57 *Quæq; sequenda forent,* 58 *quæq; euitanda vicissim,*
Illa prius 57 *creta, mox* 58 *hæc carbone notasti?*
Es modicus voti, 59 *presso lare, dulcis amicis?*
60 *Iam nunc astringas, iam nunc granaria laxes:*
Inq; luto 61 *fixum possis transcendere nummum:*
Nec 62 *glutto sorbere saliuam* 63 *Mercurialem?*
64 *Hæc mea sunt, teneo, cum verè dixeris, esto*
65 *Liberq; ac sapiens,* 66 *Prætoribus ac Ioue dextro.*
67 *Sin tu cum fueris nostræ paulo ante farinæ.*
68 *Pelliculam veterem retines, & fronte politus*
69 *Astutam vapido seruas in pectore* 69 *vulpem:*
70 *Quæ dederam supra repeto,* 71 *funemq; reduco.*
72 *Nil tibi concessit ratio:* 73 *digitum exere, peccas.*
74 *Et quid tam paruum est?* 75 *sed nullo thure litabis,*
76 *Hæreat in stultis brevis vt* 77 *semuncia recti.*
78 *Hæc miscere nefas:* 79 *nec cum sis* 80 *cætera fossor,*
81 *Treis tãtum ad numeros satyri moueare Bathylli.*
82 *Liber ego.* 83 *vnde datũ hoc sumis tot subdite rebus?*
84 *An dominum ignoras, nisi quẽ* 85 *vindicta relaxat?*

62 Illa colli parte, *vel* ipse gluto, i. bellon qui deglutias saliuã tuã ex ipe lucri velut ex edendi appetitu natam, vbi n. quid palato gratum occurrit, affluit saliua quasi linguæ & gustatus ministra. 63 Lucrosã. Mercurium lucri præses credebatur. 64 *Ordo est.* cùm verè dixeris, hæc mea sunt, teneo, i. hæc iura & officia verè colo. 65 Corpore & animo te liberum pronuncio. 66 Prætore te ciuili Ioue liberatore te philosophica libertate donante. 67 Sin tu dudum nostræ, i. seruilis conditionis & vitiorum, ciuili tantùm libertate donatus veterem retines nequitiam, nego te liberũ esse & seruum pronuncio. 68 *Alludit ad Lebetidem* si antiquos mores obtines. 69 Fallaciã & fraudes callidè tegis corde corrupto. 70 Libertatem & sapientiam, quæ supra tibi concesseram, à te reposco. 71 Tibi rursus injicio frenum seruitutis *vel* alludit ad puerilem lusum, Μέλυγξ ἕλκε, per funem vtrinque attractum. Hor. ep. 10. l. 1. *Tortum digna sequi potius quàm ducere funem.* retrahens funem, & tibi negans quam modo dederam libertatem. 72 Philosophia *Stoica* ne minimam quidem tibi veræ libertatis particulam dedit. 73 Ne digitum quidem movere potes quin pecces, *Stoicè satis.* 74 Quid a tam paruum est, *inquit Dama* quam movere digitum? 75 *Stoicum resp.* nullis tamen victimis impetrabis a Deo— 76 —vt qui perfectè non sapit, aliquid sapiat: a quale n peccatum est digitum ac corpus movere malè. *Stoicè.* 77 Vel minima etiam sapientiæ mica aut particula. 78 Seruitutem ac libertatem sapientiam ac stultitiam. 79 Nec poteris stultus cum sis, etiam in minimis ex sapientia agere; non magis quàm, qui— 80 —*cætera Hellenismo sup.* κατὰ τὰ i. quoad cætera nullicus est— 81 —poterit saltare tres staticulos ex arte Bathylli Alexandrei Pantomimi Satyrum saltantis, vide Ioan. Sat. 6. v. 64. *legas itaque* Satyrum. sic Hora. ep. 1. l. 2. *Nunc Satyrum nunc agrestem Cyclopa mouetur.* 82 *Insta Dama, se liberum esse clamitans.* 83 *Refert Stoic.* vnde tibi liberi nomen vsurpas, cum tot vitiorum imperijs subditus sis? 84 Nullum tibi credis esse dominum præter externum illum corporis? 85 Prætoris virga. *supra vers.* 88.

86 I

[86] I puer, & [87] strigiles Crispini ad balnea defer.
[88] Si increpuit, cessas nugator? [89] seruitium acre
Te nihil impellit: [90] nec quicquam extrinsecus intrat
Quod neruos agitet. sed si intus, & [91] iecore ægro
Nascantur [92] domini, [93] qui tu impunitior exis, (lis?
Atq; hic, quẽ ad strigiles scutica, & metus egit heri-
[94] Mane [a] piger stertis: [95] Surge, inquit [b] Auaritia: Eia
Surge. Negas instat, Surge inquit. Non queo. Surge.
Et quid agam? rogitas? [96] saperdas aduehe Ponto,
[97] Castoreum, [98] stupas, [99] hebenum, [1] thus, [2] lubrica
Tolle [4] recens [5] primus [3] piper [6] è sitiente camelo. ([3] Coa
[7] Verte aliquid, [8] iura. [9] Sed Iupiter audiet: eheu!
[10] Varo, [11] regustatum digito terebrare salinum
Contentus perages, [12] si uiuere cum Ioue tendis.
Iam pueris [13] pellem succinctus, & [c] œnophorum [14] ap-
Ocyus ad nauem: nil obstat, quin trabe uasta (las
[15] Ægæum rapias, nisi [16] sollers [c] luxuria ante
Seductum moneat: Quò deinde insane ruis? quò?
Quid tibi uis? [17] calido sub pectore mascula bilis
Intumuit, quam non extinxerit [18] urna cicutæ.
Tun' mare transilias? tibi [19] torta cannabe fulto,
Cœna sit in transtro, [20] Veientanumq; rubellium
Exhalet uapida [21] læsum pice [22] sessilis obba?

86 *Distinguit liber-tatem philosophus*, tibi quidem concedo, *ingenui*, te liberum esse corpore exiue ciuili, sed liberum esse animo ex Philosophiæ regulis nego. Si quis enim beruis iubeat: *I puer, &c.*
87 Ad sudorem in balneis detergendũ. στλεγγίδας.
88 Et his uerbis te increpet, cessas nugator?
89 Ciuile illud seruitium increpare te nihil impellit, qui iam corpore liber es.
90 Neque extrinsecus habes dominum aut motorem, qui te impellat & cogat.
91 Sed si nascantur tibi in iecore quod concupiscentiæ sedes est (vt volunt medicorum alij) uel in corde affectuum sede—
92 —Affectus mali qui tibi dominantur—
93 —Quantò minores pœnas & cru-

ciatus pateris, quàm seruus ille quem ad strigi- &c. 94 *Nec unum intus habes dominum, sed plures eósque diuersa imperantes, sc.* a *Pigritiam*, b *Auaritiam*, c *Luxuriam*, d *Libidinum*, e *Ambitionem*, f *Superstitionem.* 95 *Dialogismus inter pigrum Dominum, Auaritiam & Luxuriam.* 96 Quæ ad victum conducunt, vt saperdas, piscis genus, quæ capiuntur in Ponto ceu Mæotide. *Synecdochicè*— 97 —Pharmaca ad medicinam, cuius generis sunt testes castoris— 98 —Ad vestitum, è stupa vili lini genere— 99 —Ad ædificia, ligna— 1 —Ad sacra— 2 —Ad voluptatem, vina & aromata, mollia &c. & lenia— 3 —Vina ex Co insula. 4 In emporijs Orientalibus, ita *sub sole recenta*, vers. 52. *vel* nouum, ceu modò aduectum. 5 Præ occupa alios mercatores. 6 Si is tolerãtissimo, ad quartum vique diem. 7 Commuta merces, negotiare. 8 Er peiera. 9 *Inquit Dama.* 10 *Resp. Auaritia*, ô stolide! *Barones* autem iuuenes erant nulitum serui, calones ceu caculæ grandes & stupidi. 11 *Regustatum digito terebrare salinum* (i. salem immergere) *contentus perages*, i. uiues. *quanis dicitur emphatica.* 12 Si intemperiis uiuere iussè & sanctè, Iouem ueritus. 13 Scortetam manticam, vdulum, vel segestre. 14 Imponis seruis sarcinas deferendas ad nauim. 15 Mare rapidè secet, nauiges. 16 Ad corrumpendum ingeniosa. 17 Vnde tibi excreuit, *inquit luxuria*, ira hæc bilis ad insaniam vsque vel mascula, i. quam ego efœminatam malim. 18 Largiter epota cicuta, herba frigidissima. 19 Tibine in fune nautico sedenti transtrum pro mensa erit? 20 Vinum vilissimum rubei coloris & saporis ingrati ex agro Veiano qui est in Campania. 22 Corruptum, & oleus picem vasis ac nauis. 22 Latum habens ventrem ceu fundum.

Quid petis? vt nummi, quos hic [23] *quincunce modesto*
[24] *Nutrieras, pergant auidos* [25] *sudare* [26] *deunces?*
Indulge [27] *genio, carpamus dulcia,* [28] *nostrum est*
Quod viuis: [29] *cinis & Manes, & fabula fies.*
Viue memor leti: [30] *fugit hora: hoc quod loquor,*
inde est.
[31] *En quid agis?* [32] *duplici in diuersum scinderis hamo:*
Hunccine, an hunc sequeris? subeas [33] *alternus oportet*
[34] *Ancipiti obsequio dominos: alternus oberres.*
Nec tu, cum obstiteris semel, instantiq; negaris
Parere imperio, Rupi iam [35] *vincula, dicas*
Nam & luctata canis [36] *nodum abripit: attamen illi*
Cum fugit, à collo trahitur [37] *pars longa catenæ.*
[38] *Daue, cito, hoc credas iubeo, finire* [39] *dolores*
Præteritos meditor: ([40] *crudum Chærestratus vnguẽ*
Abrodens ait hæc) an [41] *siccis dedecus obstem*
Cognatis? [42] *an rem patriam rumore sinistro (das*
Limen ad obscœnum [43] *frangam dum Chrysidis* [44] *vt-*
Ebrius ante fores [45] *extincta cum face canto?*
[46] *Euge puer,* [47] *sapias,* [48] *dijs depellentibus agnam*
[49] *Percute.* [50] *Sed censes,* [51] *plorabit Daue relicta?*
[52] *Nugaris,* [53] *solea, puer, obiurgabere rubra*

23 Vsurâ modicâ, intra semissem, quinque per duodecim. **siue in the twelue.**

24 Auxetas.

25 Cum sudore, molestia & periculo lucrifacere & parere—

26 —Vndecim per duodecim vncias, i. assem.

27 Festis & voluptati

28 Vita hilariter acta ea demque vita est, & muneris mei.

29 Morieris descendesque ad inferos, de quibus tam multa somniant & fabulantur cum poetæ tum philosophi. Hor. 4. od. 7 lib *Iam te premet nox fabulaque manes.* Vitâ igitur, quæ datur, vtere.

30 Ibidem 11. od. *dum loquimur fugerit inuida Ætas.*

31 *Stoici verba vel Poetæ*

32 Auaritiæ simul atque Luxuriæ.

33 Alternis vicibus & — 34 —Incerto seruitio subeas oportet Auaritiæ & Luxuriæ dominium. 35 Seruitus vitiorum. 36 Vinculi catenæque suæ.

37 Qua iterum in seruitutem redigatur ita stultus dum non simul & semel se totum & integrum vindicat è vitiorum seruitio, recurrit ad veteres mores. neque propter vnam actionem & quod semel restiterit, liber pronunciandus est. *Atque ad hoc, in libidinis imperio, probandum—* 38 —*Exemplum adducit Chæreſtrati, è Menandro, cum Dauo seruo de Chryside deserenda deliberantis, nec tamen gnauiter perficientis.* vide Eunuch. Terentij & Horat. 2. l. 2. Serm.

39 Meretrici amoris molestias quas tuli. 40 Ad vinum rodens, serio cogitabundus.

41 Sobrijs frugi. 42 Egon' per infamiam & nouis iniis iacturam ad obscœnam meretricis domum patrimonium— 43 —Immissum, perdam? 44 Vnguento ceu vino ex profusione Græcorum amatorum: aquâ, quam fallendis maritis mulierculæ ianuæ cardinibus affundebant. vel lacrymis miseri amatoris. sed vide Lips. epist. quæst. 22. ep. 4. l. 45 Iuuenes comessatum euntes ad amicæ, faces præferebant, quibus, cum ad fores venum esset, ne à præterentibus agnoscerentur, extinctis, cantabant. 46 *Ait Dauus, qui Terentio Parmenonis herum collaudans, quod ad saniorem mentem rediisse videtur.* 47 Sapere aude, vel sapias tandem. 48 Castori & Polluci, ceu alijs dijs auerruncis, stultitiam tuam amouentibus. 49 Mactâ. 50 *Dicit Chæreſtratus sibi non constans.* 51 Chrysis plorelicta? 52 Nugaris, *inquit Dauus*, qui labaceis & admiseriam redis. 53 Vapulabis. sic Iuuen. Sat. 6. vers. 611. *Solea pulverentas*, vel committigabitur tibi caput amato ceu purpureo meretricis sandalio—

Ne trepidare velis atque arctos rodere cassès. (cas
Nunc ferus, & violens: at si vocet, Haud mora di-
Quidnam igitur faciam? ne nunc, cum accersat, &
Supplicet, accedã? *Si totus & integer illinc (vltro*
Exieras, nec nunc. *hic hic quem quærimus, hic est:*
Non in *festuca,* *lictor quam iactat ineptus.*
Ius habet ille sui *palpo quem ducit* *hiantem*
Cretata * *ambitio?* *Vigila, &* *cicer ingere large*
Rixanti populo, *nostra vt Floralia possint*
Aprici meminisse senes: quid pulchrius? [f] *at cum*
Herodis venére dies, vnctáque fenestra
Dispositæ *pinguem nebulam vomuêre* [g] *lucernæ*
Portantes [h] *violas,* *rubrumq;* *amplexa catinũ*
[i] *Cauda natat thynni,* *tumet alba fidelia* [k] *vino:*
Labra [l] *moues tacitus,* *recutitaq; sabbata* *palles.*
Tunc nigri lemures, *ouóque pericula rupto:*
Hinc *grandes* *Galli, & cum* *sistro* *lusca sa-*
Incussêre *deos inflantes corpora,* *si non (cerdos,*

54 —Ne vacilles in posterum & dubius reluctaris: neque audeas subtrahere collum iugo aut tentare effugium arrodendo laqueos, quod irretitæ solent feræ.

55 *Et quod nunc iuste tecum iratus ego* gnas, *Egone &c.* vt Phædria ille Terentianus.

56 Quòd si te plenè & constanter asseretes in libertatem, neque nunc labasceres recidiue vitium. *Aposiopesis.* Alii placet lectio *nunc, nunc,* i. in ipso hoc nunc, hoc temporis articulo, absque morã.

57 Hic verè liber & sapiens est.

58 Non quem festuca vindictã & virgã prætoris factum manumissumque liberum pronunciarit vox lictoris, vnius è sex ministris qui prætori apparebant. & *fere* Quem. 59 Adulator populi. ambitiosus. *ordo est.* habet ille palpo ius sui? palpare est manu mulcere. 60 Honoribus inhiantem, magistratus & honores ambientem. 61 Candidati (inquit Lipsius Elect. l. 1 c. 13.) & Petitores magistratuum non contenti insito lanæ candore, cretam addebant in vestem vt ipsi nderet. c. vide not. 94. ad vers. 132. supra. 62 Et iubet vigilare ad salutationes anteluca-nas. 63 Missilia spargè in Ædilatu. AEdiles verò quo sibi viam sternerent ad cæteros honores, & populi promereretur suffragia fabam & cicer in vulgus spargebant. 64 Intercaptandum & legendum missilia, 65 Munificentiam nostram in Floræ ex meretrice deæ factæ ludis quorum celebratio ad AEdiles spectabat. 66 Inter apricandum f *vide not. 99. ad vers. 132. supra.* 67 Quos colit populus qui Herodi paret. c. ludi. *vel* Herodis Ascalonitæ natalis, ceu suscepti regni dies *celebratus,* g *lucernis,* h *floribus,* i *conuiuijs,* k *vino,* l *precibus,* &c. 68 Fuliginem. 69 Coronatæ ceu ornatæ floribus. 70 Pictile miniatum, vel e tetra rubra. 71 Hinc amplitudo thynni colligitur *vel, Hypallage* catinum amplexum caudam thynni. Synecdochicè pro thynno vel quavis parte. vel in contemptum luxuriorum, vilissimam thynni partem ponit. 72 Plena est. 73 Concipis vota tacito murmure. 74 Recutitorum, i. circumcisorum iudeorum sabbata. 75 Superstitioso metu, *vel* ex ieiunio, *vel* cinere & luto conspersus colis sabbata. 76 Adde 75 his inania terriculamenta quæ superstitiosis hisce obijciuntur: qualia sunt, quæ timentur umbræ nocturnæ, &— 77 —pericula quæ portendi creduntur si ouum igni impositum rumpatur. 78 Ingentes semiuiri, vt qui castrati in altum crescant, *vel* veneratione ingentes. 79 Sacerdotes Cybeles. 80 Iliaci sistrum, crepitaculum ex ære aut argento tinnulum ferebant in sacris, vt Galli cymbalum. *Apull.* 11. 81 Cui sistro irato percussit lumina sistro, Iuuen. Sat. 12. vers 93. *vel* ad mores potest referri. vt *Lippus.* 82 Metum deorum Cybeles & Isidos: quarum illa furore, hæc Syrijs rumoribus, vlceribus, & morbis instar. 83 Nisi expient & amoliantur inflationem amulero quod & magis instar, quodque AEgyptiorum religione in dijs numeratur. Iuuen. Sat. 15. v 9.

Præ-

Prædictum ter mane caput gustaueris alli.
Dixeris [84] hæc inter [85] varicosos [86] centuriones,
Continuo [87] crassum ridet [88] Vulfenius ingens,
Et [89] centum Græcos curto centusse licetur.

84 Hæc Stoicorum scita de vera libertate vtcunque derisori sunt stupidi milites, vera tamen sunt.

85 Labore militiæ varicosos, vel, vt corpore ita animo rumidos. 86 Ignaros literarum osores cuiusmodi sunt militares. 87 Rusticè aut militariter. 88 Miles procerus robustus, vt in prima Sat. *Ingentes Titos.* 89 Centum philosophos totidem asibus ijsque curtatis æstimat, singulos philosophos vix singulis asibus.

SATYRA VI.

Exordium sumit à statu Bassi ad quem scribit, quærens vbinam locorum sit quid agat, quibus studijs intendat animum, quàm suo contentus vivat. Mox vitæ suæ rationem exponit illi poëta & mentem aperit quam. Denique insurgit in eos quibus non idem animi & vitæ institutum.

In auaros qui parcè & sordidè viuunt, vt relinquãt heredibus quod nequiter profundant.

Admouit iam bruma foco te, Basse, Sabino?
Iamne lyra, & [2] tetrico viuunt tibi pectine chordæ?
Mire opifex numeris [5] veterum primordia vocum,
Atque [6] marem strepitum fidis intendisse Latinæ,
Mox [7] iuuenes agitare iocos, & pollice honesto
[8] Egregios lusisse senes? Mihi nunc [9] Ligus ora
[10] Intepet [11] hybernatq; [12] meũ mare quà latus ingens
Dant scopuli, & multa litus se [13] valle receptat.
[14] Lunai portum est operæ cognoscere, ciues.
[15] Cor iubet hoc Ennii, postquam [16] destertuit esse

1 Ecquid in agro Sabino quo secessisti hiematurus lyricis vsque vacas carminibus, & —

2 —graniore atque seueriore quàm Horatius plectro, i. argumento (vt mox *marem strepitum*) pulsas fides lyræ? 3 Cæl. Bassus Lyricus Poeta fuit, de quo Priscianus & Fabius lib. 10. 4 Mire & perite artifex ad aptanda citharæ numeris argumenta seria & grauia. *Hellenismus.* 5 Forte idem est quem A. Gellius lib. 1. cap. 19. & 5. 7. & 11. 17. scripsisse de originibus testatur, sin minus, intellige μυθικωτερον & θεογονιαν. alij legunt *primordia verum*: vt canat, *vnde hominum genus & pecudes &c.* quod Virg. 1. Aeneid. de Sopa Lyrico. 6 Carminibus lyricis Latinis adaptare seueram poesin, *vel* fortem, qualis fuit Pindari, qui cecinit *duos puerósque deorum*, i. heroas, *& pugilem victorem, &c.* Hor. ad Pisones. *vel*, Alcæi, qui *sonuit plenius aureo plectro dura nauis, dura fugæ mala, dura belli.* Od. 13. l. 2. Horat. 7 Iuuenum amores & conuiuia referre. 8 Senum bene de rep. meritorum laudes honesto carmine celebrare. 9 Ligustica. 10 A tepore maris exagitati, vel situ inter montes mitior est. 11 Sæuit, *vel* pro hybernis est mihi. 12 Hetruscum. Persius a patriam habuit Volaterras in Hetruria. 13 Sinu vel curuatura portus Lunæ, primi oppidi in Hetruria dicti quod Lunæ formam litus referret. 14 Ennius in Annal. ab hoc versu incipit describere Lunæ portum. *Est operæ precium, & ciues cognosc. portum Lunæ.* 15 Ipse Ennius, alludit ad tria corda quæ se habere dixit Ennius quod Græcè Oscè & Latinè sciret. 16 Postquam desiit sternere. i. somniare *Hellenismus.* postquam destertuit se esse Mæoniden. h. e. Statim à principio Annalium, in quo exposuit somnium suũ, quo somniarat animã Homeri in se transmigrasse per μετεμψυχωσιν seu παλιγγενεσιαν Pythagoricam, quę eadem in Pauonem transierat ex Pythagora.

17 *Mæ-*

17 *Mæonides* 18 *Quintus, paone ex Pythagoræo.*
Heic ago 19 *securus vulgi, & quid præparet Auster*
20 *Infelix pecori:* 21 *securus, & angulus ille*
Vicini nostro quia pinguior: & si adeo omnes
Diteſcant 22 *orti peioribus,* 23 *vſq; recuſem*
Curuus ob id minui ſenio, aut cœnare ſine vncto,
Et 24 *ſignum in vapida naſo tetigiſſe lagena.*
25 *Diſcrepet his alius.* 26 *Geminos* 27 *horoſcope varo*
Producis genio. 28 *Solis natalibus, eſt* a *qui*
Tingat olus ſiccum 29 *muria vafer* 30 *in calice empta,*
Ipſe 31 *ſacrũ inrorans patinæ piper.* b 32 *hic bona* 33 *dẽte*
Grãdia magnanimus 34 *peragit puer,* 35 *vtar ego, vtar,*
Nec 37 *rhombos ideo libertis ponere* 36 *lautus,*
Nec tenuem ſolers turdorum noſſe 38 *ſaliuam.*
Meſſe tenus proprio viue: & grandia (fas eſt)
40 *Emole. quid metuas?* 41 *occa: & ſeges altera in herba eſt.*
42 *Aſt vocat officium: trabe rupta,* 43 *Bruttia ſaxa*
Prendit amicus inops: rémq; omnem, 44 *ſurdáq; vota*
Condidit Ionio: iacet ipſe in litore, & vnà
Ingentes de puppe 45 *dei: iámque obuia* 46 *mergis*
Coſta ratis laceræ. nunc & 47 *de ceſpite viuo*

17 Homerus à patre Mæone, vel patria Mæonia vide Plutarchi de Homero lib.
18 1. Euphorbus, 2. Pythagoras, 3. Paeon, 4. Homerus, 5. Ennius, vel poſtquam deſijt ſomniare ſe fuiſſe Homerum, agnouitque ſe eſſe Quintum (nam, vt Quinctes ſic prænomen fuit).
19 Non ſolicitus, quid de me dicat vulgus ſentiatve.
20 Noxius, morbos inferens.
21 Non curans non inuidens ſi vicini fundus meo ſit fertilior.
22 Inferiori quàm ego loco, vel lompeſtimi.
23 Nolim tamen ob iſta demiſſo eſſe vultu, atque per inuidiam ſenium præpoperum accerere, dum ſordido victu eorum diuitias æmulor.
24 Admoto naſo obſernare an leſa ſint ſigna lagenæ, quæ etiam vappam habet, vel non refigurare & deuomere, ſed adactis labris & naſo vappam ebibere. 25 Nec tamen cuius hæc liberalis mens quæ mihi. 26 Fratres iſdem parentibus ortos. 27 Vario ingenio profert idem Horoſcopus, i. Aſtrum natale, ceu horæ inſpectio, qua quis naſcitur. *Apoſtrophe.* 28 Quorum a alter triparcus. *Omnia hæc emphatica & ſignata.* 29 Aquâ ſalſa vel liquamine ex thynnorum lanie. 30 Quod ſolent parci & ſordidi. 31 Cui parcit tanquam rei ſacræ. b 32 Hic magnam. puer, **this youth that beareth a braue mind.** 33 Gulâ, luxu. 34 Adſumit. 35 Mihi, inquit poeta, χρήματα erunt χρήματα. vtar iis, non abutar per miſeras ſordes, aut effuſam prodigalitatem. 36 Lautus ponere. *Hellenismus.* vt & ſolers noſſe. 37 Pisces in delicijs habitos. Τρίγλαι pro lautis epulis. 38 Subtilem guſtum & ſaporem diſcernere. 39 Nihil ex annuo prouentu reliquum facias. 40 Molendo conſume. 41 Glebas frange, agrum exerce. 42 *Facerem*, inquit auarus præcedens auaritiæ ſuæ cauſſam, *quod mones, laxarem granaria, & viuerem meſſe tenus,* **I would make euen with the yeares end.** *Sed me iubent charitatis atque humanitatis officia vt ex prouentibus meis aliquid reponam quo ſuccurram miſer is amicis laborantibus eorúmque damna reſarciam.* 43 Pulchrè dicit, *inquit Poeta.* Sed ecce amicus tuus fracta nauí, & vniuerſa re perditâ enatans prendit ſcopulos Bruttij promontorij Italiæ Siciliam versus, &c. cur non illum relenas & ſuſtentas ne cogatur ſtipem emendicare? 44 Dijs non exandita. 45 Dij tutelares nauis qui in puppi ſacrarium habebant, erepti ſecum è naufragio. 46 Auibus marinis. 47 Non de meſſe tantum, ſed & de fundis aliquid imperti.

Frange

48 Ne naufragij pictam tabulam portans hinc inde mendicet. Sat. 1. v. 90.

49 *Sed inquies.* Si quid de fundo aut patrimonio immiuam, heres meus infensus mihi negabat funebrem apparatum & sumptum.

50 Feralem, funebrem quæ cum cadauere ipso crematur. silicernium.

51 Bona minueris.

52 Ossa & cineres aromatis mista vngere mos erat. *quod ille non faciet &c.*

53 Non acutum qui vix sentiatur. *diuinuscula translatio.*

54 Gummi è cerasso, vel cortice cerasi adulteratæ sint casię

55 Canella. Matthiol. in Dioscor. lib 1. cap. 12. & 13. alijs à *Calsmanis*, quod *dulce lignum* sonat. alijs à χυρ, *abrasit.* est n. interior cortex qui ab exteriori & crasso libro abraditur.

Frange aliquid: largire inopi, [48] *ne pictus oberret*
Cærulea in tabula, [49] *Sed* [50] *cœnam funeris heres*
Neglige, iratus quòd [51] *rem curtaueris; vrnæ*
[52] *Ossa inodora dabit: seu spirent cinnama* [53] *surdum,* 35
Seu [54] *cerasso peccent* [55] *casiæ* [56] *nescire paratus.*
[57] *Tune bona incolumis minuas? &* [58] *Bestius vrget*
Doctores Graios. Ita fit postquam sapere vrbi
* *Cum pipere & palmis, venit nostrum hoc* [59] *maris*
expers,
[60] *Fœnicesæ crasso vitiarunt vnguine pultes,* 40
Hæc [61] *cinere vlterior metuas? at tu, meus heres*
Quisquis eris, paulum [62] *à turba seductior audi.*
O bone num ignoras? missa est à [63] *Cæsare* [64] *laurus*
Insignem ob cladem Germanæ pubis, & [65] *aris*
Frigidus excutitur cinis: ac iam [66] *postibus arma,* 45
Iam [67] *chlamydes regum, iam lutea gausapa captis,*
[68] *Essedaq; ingentésque locat* [69] *Cæsonia* [70] *Rhenos:*
Dys igitur, genióque ducis [71] *centum paria, obres*
Egregiè gestas, induco: quis vetat? [72] *aude.*
Væ, nisi conniues. [73] *Oleum, artocreasque popello* 50

56 Negligēs. 57 *Dicet mihi heres,* Túne ipse salues, cū op⁹ non sit, in nescio quos tua profundas quæ mihi heredi potius debentur? 58 Imperitus aliquis heredipeta crimini dabit hanc officiosā largitionē, vt & lautiorē victū Græcis philosophis: clamitans hæc non prius solita fieri quàm sapere, i. sapientia Græca enim mercibus peregrinis (quæ mentem effœminant) è Græcia in vrbem nostram mari aduenissent. * Sic lunen. Sat. 3. v. 83. *Aduectus Romam quo prima & coctana vento.* 59 Nihil masculi habens. *vel* mari aduectus: vt expers significet ἀπειρος & ἀμπειρος. Casaub. *al.* postquam rigidā nostra eismarina philosophia corrupta sit molli & transmarina Græcorum, *sapere* pro *sapientia.* Enallage. 60 Ipsi rustici cibos prius simplices corrumpunt & condiunt lautius. 61 Heredem, *inquit Poeta,* mortuus metuas? Hor. ep. 2. lib. 2. *Nec metuam quid de me iudicet heres, Quod non plura datis inuenerit.* 62 A vulgi ignorantia & odio. 63 Claudio Caligula. 64 Literæ laureatæ, quæ tanquam victoriæ indices triumphum imperent, cum tamen nihil dignum eo fecisset. 65 Ex priore sacrificio derelictus amouetur, & noua sacra parantur. 66 Templorum postibus spolia hostium affigenda curat. 67 Parat coccina paludamenta, quibus amicti reges Germanorum, & crocei coloris gausapa quæ villosæ militares vestes sunt, quibus indutr milites Germanorum ducantur in triumpho. 68 Germanorum vehicula Coaches. 69 Caligulæ vxor per procuratores. 70 Rhenanos. Rheni accolas, è quibus procerissimum quemque ad pompam elegit. 71 Diis igitur victoriæ auspicibus & Imperatoris Genio indico C. paria gladiatorum qui ad bustum dimicantes se inuicem immolent, ad placandas defunctorum animas quas humano sanguine propitiand, credebant. vide Lipſ. Saturn. 1. 8. 72 Vetare aude, ô heres, si ita visum est tibi. *Epitrope.* Sed væ tibi nisi adsentiaris. 73 Quinetiam congiarium & epulum populo largior. túne illud fieri vetas? noli mussare, dic clarè.

Largior:

Largior: an prohibes? dic clarè: [74] *Non adeo, inquis.*
Exoſſatus ager iuxta eſt. Age, [75] *ſi mihi nulla*
Iam reliqua ex amitis, patruelis nulla, proneptis
Nulla manet patrui, ſterilis matertera vixit,
Deq; auia nihilum ſupereſt: accedo [76] *Bouillas,*
Cliuumq; ad Virbi: [77] *præſto eſt mihi Manius heres.*
[78] *Progenies terræ? quære ex me quis mihi* [79] *quartus*
Sit pater: haud prompte, dicam tamen, adde etiam
[80] *vnum,*
Vnum etiam, terræ eſt iam filius, & mihi [82] *ritu*
[83] *Manius hic generis prope maior auunculus exit.*
[84] *Qui prior es, cur me in decurſu lampada poſcas?*
[85] *Sum tibi Mercurius: venio deus* [86] *huc ego,* [87] *vt ille*
Pingitur, an venuis? vin' tu gaudere [88] *relictis?*
[89] *Deeſt aliquid ſummæ.* [90] *minui mihi: ſed tibi totum eſt.*
Quicquid id eſt. [91] *Vbi ſit, fuge quærere, quod mihi quondam*
Legarat Tadius: [91] *neu dicta repone paterna:*
Fœnoris accedat merces: [93] *hinc exime ſumptus.*
[94] *Quid reliquum eſt?* [95] *reliquum?* [96] *nunc nunc impenſius vnge,*
Vnge puer caules. [97] *Mihi feſta luce coquatur*

74 Neque enim contradico aut prohibeo, inquis, *poteſt etiam nullâ interpoſitâ diſtinctione poſt* inquis, *continuari, vt hic ſenſus ſit.* Age Gellius tuus, inquis ô heres, inurbanus non adeo cultus atq; ſordidus eſt vt ſuccidat hanc profuſioni, vel vt ego ita curem tibi heres eſſe. *Alij ex perſona poetæ intelligunt quæ ſequuntur, dicentis:* Supereſt mihi ſuburbanus fundus probè cultus & ſaxis expurgatus, *alij* ingi cultura exhauſtus.

75 Si mihi nullus cognatus ſit, nec affinis quem heredem inſtituam.

76 Vicum inter Romam & Ariciam in via Appia, vbi ſedebant mendici, vt & prope nemus Dianæ vbi Hippolytus celebatur.

77 Mendicus quidpiam (vide infra not. 83.) ſcribetur mihi heres facilis inuentu.

78 Itáne? *refert heres*, ſcribéne heredem hominem obſcuro loco natum, terræ filium, familia tua non oriundum? 79 Sit ita ſanè. Quòd ſi ex me quæras, quis fuerit mihi abauus? — 80 — quis Atauus — 81 — quis tritauus, fuit ille æquè ignotus atque obſcurus, & proinde — 82 — ratione generis & ſtemmate — 83 — Aliquis mendicorum ex Aricino colle & luco quem Dianæ conſecrarat Manius, mihi maior auunculus vel cognatus eſt. 84 Tu a. qui mihi propior es, & cui lege naturali conſanguinitatis prius ventura eſſet hereditas, cùr me vides illam exigis? *alij referunt ad* λαμπαδικὸν ἀγῶνα *certamen*, in quo ſtadiodromo Prometheo ſacrato currebant faciem quatientes. primus autem defatigatus tradidit facem ſecundo, ſecundus tertio, & ita deinceps vide L. 4 Rhet. ad Herennium *quaſi dicat*, cur tu natu maior mei iunioris hereditatem poſceres? 85 Mea hereditas tibi eſt lucrum inſperatum & ἐφεύρετον, ac ſi in via inuentum. 86 Ad te. 87 Mercurius qui pingitur marſupium dextrâ tenens, quod tibi aduolans gratuitum & præter expectationem atque meritum affero. 88 Tibi à me. 89 *Verba heredis.* 90 *Cui teſtator.* Meo damno perijt, non tuo ô heres. 91 Noli impudenter à me exigère rationem, quid factum ſit de bonis quæ mihi teſtamento legarat hic vel ille. 92 Neque ingere mihi verba, quæ patres liberis ſuis præcipiunt, cuiuſmodi ſunt hæc, fœn. ac. m. hinc exime ſump. 93 Ex fœnore. 94 *Dicit heres.* 95 *Teſtator indignanter refert.* 96 Quando iniquo & ingrato animo accepturus es quæ reliquero, lautius & largius inſumam. appara itaque ô famule lautiorem menſam. 97 Egone meis ſordide parcam, vt ille hæc nepotum more prodigat?

98 *Vt-*

98 Durum & agreſte olus.

99 Porcini capitis in fumo per aurem perforatam ſuſpenſi.

1 Iecore anſerino, quod Romanis in deliciis.

* Ex cognatione Lares idemque luxuriosus. *ambiguè & acutè.*

2 Variâ vel conceſſâ & licitâ Venere.

3 Copiam faſtidiet. *al.* palpitabit.

* Muto faſtidiens plebeiam Venerem.

98 *Vrtica, &* 99 *fiſſa fumoſum ſinciput aure:*
Vt tuus iſte nepos olim ſatur 1 *anſeris extis,*
Cum * *moroſa* 2 *vago* 3 *ſingultiet inguine* * *vena,*
4 *Patriciæ immeiat vuluæ? 5 mihi trama figuræ*
Sit reliqua: aſt illi tremat omento 6 *popa venter?*
7 *Vende animam lucro, mercare, atque excute ſolers*
Omne latus mundi ne ſit 8 *præſtantior alter*
9 *Cappadocas rigida* 10 *pingues* 11 *plauſiſſe* 12 *cataſta.*
Rem duplica. Feci: iam triplex: iam mihi quartò,
Iam decies 13 *redit in rugam.* 14 *Depunge, vbi ſiſtam,*
Inuentus, 15 *Chryſippe, tui finitor acerui.*

4 Rem habeat cum nobili fœmina. 5 Egóne me macerem inſtar decotis & defloccatæ veſtis, cui detritis villis & ſubtegmine nudo apparet trama: ita in corpore meo oſſa & nervi? *vel* Mihin' ſit corpus tenue & gracilentum inſtar ſtamineæ tramæ? vel lineæ picturæ, quali depingunt homines monogrammos, quaſi procul apparentes? 6 Pinguis, obeſus vt popa. 7 *I nunc, & nihil non turpe, ſceleratum, ſordidum facito, vt heredi placeas.* Epitrope. 8 Mangonij periiſſet. 9 Seruos è Cappadocia. 10 Bene habitos, nitidos cute. 11 Palpo vel plana manu ferire, vt oſtentes corporis eorum habitudinem. *vel* apud emptutientes laudare vide Iuuen. Sat. 1. quæ adnotata ad verſ. 163. An *plauſiſſe* quoniam venales (vt ait vetus interpres, antequam in cataſta imponantur, cantant vniuerſi pariter more gentis ſuæ, alij legunt *pauiſſe*, alij *clauſiſſe*. 12 Pegmate ligneo, in quo venales exponebantur ſerui. 13 Decuplatur. *à veſtibus Metaph.* quaſi multiplicatur. 14 Alij *Depinge*, ſtatue, præſcribe, quem modum ponam multiplicandæ rei familiaris meæ immenſæ tanquam Soritæ? 15 Stoicorum acutiſsime (qui argumentationis acerualis in infinitum progredientis finem inueniſti, iubendo πυγχάζειν priuſquam ad multa ventum eſſet) dic vbi ego ſiſtam, modumque ponam in congerendis opibus. Atque ſimul alluſum credo ad τοῦ τῷ τόκῳ τόκος, quos ſapienti licere accipere exiſtimauit Chryſippus. Audi quid ipſe dicat apud Lucianum, in *vitarum auctione*: τὸ δὲ γνώφωνα ἔτι καὶ τοκογλύφον &c. *Latine ſic.* Eſſe vero (inquit Mercator) voracem & auarum fœneratorem, an & hoc dicemus eſſe viri, qui helleborum biberit, & qui iam ad virtutem ſit idoneus? Certè (reſpondet Chryſippus) ſolum enim ſapientem fœnerari decet. Quoniam enim illius eſt proprium, ſyllogiſmis concludere: fœnerari certè vſuramque computare, atque colligere. Namque hæc parùm differre videntur ſtudioſi quippe quòd hoc ſit æquè ac illud. Neque decet illum ſimplicem exercere vſuram, quemadmodum ſolent alij verùm & alterius fœneris accipere fœnus: &c.

BRITISH 18 JY 1900 MUSEUM

AD LECTOREM.

PRiore illâ, quam Musis immolâram, hostiâ non litatum aduerti; succidaneam hanc mactam & cumulatam aris admoui. neque tamen placidè ad aras stetit piacularis, vereor, & æquè ingrata victima. Quid hoc? (inquis). Rem paucis cape. Curam meam, (nec probè decuratam) in satyris hisce postquam in lucem, quam vix ferre posse mihi videbatur, protrusissem bibliopolæ præcipitantia: mihi semper in animo, in votis erat a secundis cogitationibus (quas sapientiores plerumque esse vel prouerbio iactatum est) nominis mei simul & operis supplere lacunas. Sed mihi succisiuis, quæ feriatæ & nocturnæ contingunt, (namque illis, quibus muneri meo fugendo omnino vacandum, ad has nugas abuti, mihi semper fuit religio) horis curanti Martialem iamque prelum cogitanti, ecce iteratam hanc editionem nullo sufflamine remorandus bibliopola festinat, majore sc. lucri sui quàm honestatis meæ quàm vtilitatis tuæ ratione habita. volebam quidem multa in his emendasse, non pauca mutasse, plura adjecisse. volebam, inquam, non licebat. namque tot curis simul distractum subito corripuit morbus qui me grauis afflixit, lectoque ad tempus affixit, qui mihi rationes, res, consilia disturbauit omnia. vbi primùm tamen respiraui adspirante diuinâ clementiâ semper amicâ, semper mihi laudibus & gratijs celebrandâ, me ad institutum retuli; & quod per festinationes horum hominum potui, præstiti; quæ ad manum erant & succurrebant, adnotaui; adnotationum denique auctus excreuit liber paginis 20. non pauca tamen incogitantia meâ, incuriâq; Typographicâ omissa atque errata video, quę vt restituantur tuę erit humanitatis lector candide. quem non iniquiorem aduersum me fore spero quàm ego vel iniquus nedum ingratus fiem aduersus summum illum Deum, à quo mihi non mens sanior, non corpus. Neque interim aspernéris hæc tanquam a jejunâ cœnâ *analecta*.

a κἂν βραχῦτε λέγοντές τινα φρονεῖν σοφόν τινα. *Euripid. Hippolyt.*

b. Sat. Iuv 3. v. 67 *Rusticus ille tum sumit trechedipna.* Adde quod Athenæus refert l. 1 c. 4. Clearchum sophistam τρεχέδειπνον vocatum, huc illuc sc. cursitantem vt lautiores cœnas captaret. b *Pag.* 19.

c. Sat. eadem. v. 120, *Protogenes aliquis.* vide quæ de Protogene delatorum sæuissimo sub Caligula, Dio Cassius, l. 59. sub calce libri, *ὧν δὲ τὶς προπηλάκισις* &c. c *Pag.* 21.

d Ea-

d *Pag.22.* d Eadē sat. v. 139. & locus esse potest lectioni quam vulgatæ præfert Iacobus Nicolaus Loensis l. 9. c. 2. Miscellan. Epiphill. *Seruauit tepidam flagr.* propter incendium sedis Vestæ. quamuis tamen *trepidam* quiddam magis Satyricum sapit.

e *Pag.24.* Ipsa eâdem sat. v. 207. ab exacti judicij viro A.G. monitus agnosco mures melius dici posse *opicos* ab ὀπὴ *cauerna foramen*, quæ muribus latebræ quod idem & Mancinellus Iuuenalis interpretem non latuisse video. Optimè vero si ὀπὴ, quod ex Suida citat Crispinus (nec inuenio tamen apud Suidam) *vesperuionem* significet.

FINIS.

BRITISH
18 JY 1900
MUSEUM